



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

III. An Conciliorum, & Pontificum definitionibus Thomistarum recentium
præfinitiones ad absolutam contingentis futuritionem aduersentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

nem in communi non posse nos, pro hoc etiam statu non amare, adhuc quo ad exercitium: id autem non tollere quominus felicitatem, & beatitudinem in particulari, hanc scilicet, & illam, libere, & quo ad speciem, & quo ad exercitium amare possimus, & amemus alteramque alteri exercitium praeferamus: quod solum vult Augustinus, & sufficit, ut libertas nostra absolute non desit. Tertia difficultas est de libertate Dei, & Beatorum cum impotentia peccandi: quam perfectiorem, maiorem, potentiorque Augustinus, & Anselmus aiebant: sed opus erat aduersariis ostendere hos Patres libertatem ad peccandum, & non peccandum, cum impotentia peccandi maiorem, perfectiorem, & potentior in Deo, & Beatis asserere: id quod iam nemo Thomistarum dicere audebit: cum ad libertatem, de qua disputamus, simultatem potentiae ad verumvis extremum necessariam esse fateantur, & testimonia hanc negant in Deo, & Beatis ad peccandum potestatem. Solum ergo volunt Patres in eis non aboleri absolute libertatem, ex eo, quod ad peccandum libertas deficiat: siquidem ad alia omnia honesta, & bona, quorumque omnino peccatum non sit, prosequenda, vel secus, potestatem, ac libertatem habent, & maiorem quidem perfectiorem, & potentior: tum quia potentia ad peccandum imbecillitas potius & impotentia est: tum quia per impotentiam peccandi alia libertas à seruitute peccati perfectissime, & nobilissime à Deo, & Beatis possidetur: nempe eius seruitutis incapax Dei, per naturam, & Beatorum, per statum suum felicissimum, & amorem Dei clare visi: in quem super omnia feruntur, ac iucundissime inardescunt.



QVÆSTIO III.

An Conciliorum, & Pontificum definitionibus Thomistarum recentium præfinitiones ad absolutam contingentis futuritionem aduersentur?

Hoc seorsim adamus examini oportet. Siquidem res nobis, non solum contra Caluinianos, & Lutheranos, sed & contra Catholicos nostrorum actionum præfinitores à Deo Conciliorum, & Pontificum, atque Ecclesiasticarum definitionum observatores est. Præsertim, cum videam horum aliquos non solum de efficacibus contra ipsos Tridentini definitionibus declinandis, atque à se auerendis (quod mihi haud facilis opus videbatur) sed in nos etiam conuertendis curare: atque adeo Ioannem à S. Thoma clamare: *Nimis stupide ipsi abici Caluinismum*, contra quem eiusmodi definitiones editæ sunt. Ex hoc enim distincto definitionum Tridentini, se non ensis, Innocentij, eiusque immediati successoris, & Domini nostri Alexandri 7. aduersus Caluinum, Lutherum, & ipsorum reliquias editarum examine clarebit, malè ne obiciantur, an malè respondentium stupor sit?

CERTAMEN I.

Certa nonnulla pro expedita, & genuina definitionum Tridentini contra Caluinum, & Lutherum intelligentia prænotantur.

1. **P**rimo supponendum est Concilium Tridentinum decreta, & Canones subiciendos aduersus errores Caluini, & Lutheri (quibus præsertim ab Ecclesia eradicandis coactum concilium illud fuit) statuisse, & euul-

gasse. Indubitatum id etiam apud hæreticos, & catholicos Thomistas recentiores semper fuit: quare suppositione, quam probatione opus habet. Sunt autem ea Tridentini ad rem præsentem testimonia, canones, & decreta. Primum scilicet, cap. 5. ubi statuit: & si nostræ conuersionis, & iustificationis exordium è gratiosa Dei voluntate, vocatione, & auxilio, minime remuneratorio, ad illam excitante, & adiuuante semper sit, fieri tamen illam, & peragi à nobis [eidem gratiæ libere assentiendo, & cooperando: ita ut tangente Deo, cor hominis per spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat illam inspirationem recipiens (consensu suo ut præfati hæretici aiebant) quippe qui illam, & abicere potest; neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit (ut Pelagiani, ac semipelagiani aberrant) vnde in sacris litteris cum dicitur (Zachar. 4.) conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos; libertatis nostræ admonemur, cum respondemus (sine orationis Hierem. & cap. 31.) conuertere nos Domine ad te, & conuertemur: Dei nos gratia præueniri consitemur.] Media igitur inter aduersos errores (& Pelagij totum iustificationis, & conuersionis negotium nostri arbitrij libertati, & potestati quondam tribuentis, & Caluini, ac Lutheri totum Dei voluntati, & gratiæ Dei committentis) via incedendum Catholicis deest: ut & Dei voluntati, & gratiæ, & arbitrij nostri potestati in conuersionis negotio suæ partes catholice contra vtrumque errorem seruentur. Eius vero decreti catholica doctrina ita contra Caluinum, & Lutherum, eorumque præfinitiones canonem 4. scilicet, eadem instruit Tridentinum. [Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis (formalis habitualis) gratiam se disponat, ac præparet: neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, meretque passiuè se habere: anathema sit.] Item canonem 22. contra vtrumque memoratum errorem his edidit verbis. *Si quis dixerit iustificationem, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse iuxta Pelagium, vel cum eo non posse anathema sit.* Quod extremum contra præfinitores omnes actionum humanarum est, ut postea expendemus. Denique canonem 32. *Si quis dixerit: hominis iustificati bona opera, ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita, &c. anathema sit.* Est autem canonis huius definitio definitioni canonis 6. adeo connexa, atque meriti operis cum eius libertate connexum sit.

2. Supponendum est secundo: vocibus cooperandi, & agendi ex parte nostri, etiam id, ad quod mouemur, præuenimur, excitamur, adiuvamurque à Deo non solum significati actionum nostrorum influxum & operationem, seu cooperationem similem cooperationi agentium reliquorum naturalium, sed actionem, & cooperationem cum pleno eius dominio, & potestate ad oppositum. Probatur primo, quia alium modum operandi, etiam spontaneæ, ac sine propria coactione Caluini Lutherus, & affectus, quorum eis locis doctrina anathematizatur, aliam actionem, & cooperationem Deo excitanti, præuenienti, adiuvanti, & cooperanti non negabant, arbitrio nostro: imo expresse admittebant semper & præsertim locis postea referendis, dum concordiam suarum, cum Thomisticis præfinitionum, & solutionum examinemus; solamque actionem, & cooperationem nostram cum domino, & potestate non agendi, siue agendi oppositum negabant. Secundo: quia agere strictè id solum apud Philosophos, Patres, & scholasticos semper significauit. Arist. 1. magnorum. [Neque enim inanimatum aliquod agere dicimus: neque etiam animatum citra hominem quicquam. Manifestum est igitur actionem hominem esse progentiorem,] & 2. Physicor. textu comment. 8. & 59. [Feliciter actio quidem est: est enim actio bona. Quare, quæ agere nequeunt, ea neque à fortuna quicquam efficere possunt. Et propterea neque inanimatum vilius, neque bellus, neque puer quicquam efficit à fortuna: quoniam electionem non habet.] Ad quæ S. Thom. 1. 2. scilicet 10. [Ad agendum propriè dominium sui actus requirit,] sicuti Aristoteles voce electionis, & facultatis eligendi, & 6. ethicor. c. 1. sub init. [Tria sunt in anima, quæ habentur agendi principia, veritati]

veritatisque sensus intellectus, appetitus. Atque sensus nullus est principium actus. Quod quidem ex eo patet: quia bellus sensum quidem habent; actionis autem sunt expertes. Cuius eandem reddit rationem de necessitate actionum dominio, ut eis agere proprie dicantur agentia: S. Thom. lect. 2. iterum, atque iterum. Inde etiam Arist. 3. ethicor. c. 5. ante med. absurdum reputat, hominem non esse procreatorem actuum perinde, ut liberum, seu filiorum est. Quia alias bellus in potestate agendi, cum suorum scilicet actuum dominio non superaret. Eandem sententiam, ut communem, exploratam, & suam supponit Plato in Phædro, seu dial. de pulchro, atque ex illa animi nostri immortalitatem his probat relectis aliis antecedentibus, & subsequenibus valde obscuris, & fabulosis. [Cum autem immortale appareat id, quod a seipso mouetur: si quis hoc ipsum animæ essentiam, & rationem dicat, non putescit. Omne enim corpus, cui contingit, ut extrinsecus moueatur, inanimatum est; cui, ut extrinsecus ipsum ex se ipso animatum: velut hæc sit animæ (rationalis) natura,] &c. Quibus rationem propriam huius acceptionis agendi, iam attendendam dedit.

3. Hinc Nemefius Episcopus. Emisen. lib. de anima, & eius facultatibus c. 29. alias 5. Philosoph. c. 1. ita actionem propriam dictam definit. *Actio est muneris ascensum fundit cum ratione*. id est, consilio, & deliberatione actionis autem laus, & vituperatio consequitur. Dixit autem, & ibi, & locis aliis datis q. 2. cert. 1. & 3. nullam laudem, aut vituperationem esse actionum, quæ non ex libertate, potestate, ac dominio ad oppositum, sed potius ex determinatione, & necessitate a nobis sunt. Constat Irenæo. 4. aduers. hæres. & titulo, & textu c. 71. & c. 72. lib. init. & post med. Chrysostom. hom. 11. in Ioann. quorum verba dedimus locis proximè citatis. Propterea Paulus ad Roman. 7. ex eadem sententia attestat. *Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud; sed quod habitat in me peccatum.* Quæ Patres, & interpretes conspirato de operibus, in quibus a concupiscentia ex originali relicta præueniunt, quæque absque libertate, & deliberatione nostra, saltem plena, in nobis sunt interpretantur: atque ideo ea in nostris operationibus minime esse computanda cum Paulo docent. Illud item ad Roman. 8. *Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt, &c.* Patres, interpretes, & scholastici cum Angult. & S. Thom. ita agi, nos Dei spiritui mouent, ut agamus, & nos: ne liberum nostrum arbitrium, eiusve in suis actionibus dominium, ut proprietate sermonis agamus, necessarium, enervetur. Et Dionys. 4. de diuin. nom. circa fin. agentia libera per se mobilia, siue in se operabilia vocat: quia ea solummodo possunt se ipsa mouere, siue in se, atque a se agere in se ipsa. Et cap. 3. post med. aliquorum sententiam hanc: *debere in eis per se mobilibus, per aliud mobile necessitatem*: id est libera agentia non esse suæ libertati, ut se ipsa moueant, sed alteri committenda, quod necessitatem motus eis imponat: uti errorem confutat, quia tunc non agerent, sed ab illo altero agerentur cui sententia, & rationi omnino concordat sanctus Thom. in comment. lect. 4.

4. Proprietatem huius locutionis fateretur Damascenus, atque eius egregiam rationem dedit non semel. Item 2. de fide c. 22. post med. ait. *Irrationalis appetitus irrationalium: & ducuntur à naturali appetitu, &c.* In hominibus autem rationis compositus, ducitur magis rationalis appetitus, quam ducitur. Libera si libera potestate, & cum ratione mouetur. Quasi dicat: solum ab alio actiones determinante: passivè quidem potius duceretur: sed duceretur ut de irrationali appetitu diceretur. Pergit in eandem sententiam subiunctus. *Libere consultat, libere indicat, libere amat, libere eligit, libere mouetur. & libere agit in his, quæ secundum naturam suam.* Ecce conditiones libere, seu propriè, & strictè agendi. Sed clarius adhuc, & conclusionem, & rationem hæc dedit c. 27. his verbis. [Quod rationale est, dominium est suarum actionum, & arbitrio liberum. Unde & rationis expertia ducuntur magis à natura, quam ducant: quapropter non contradicunt, resistuntque naturali

appetitui, sed simul atque quidquam appetierint, impetu feruntur ad prosecutionem. Verum homo, rationalis cum sit, ducit magis naturam, quam ducatur. Quia propter appetens ubi quidpiam velit, potestatem habet refrærandi appetitum, aut ipsum sequi.] Pro verbo *ducere* habet *agere* ventiosior translatio, quam sequuntur scholastici vetustiores S. Thom. proximè citandus, S. Bonavent. Albert. Alex. Scotus, Henric. Ricard. Bassol. infra. Et græca quidem vos æquè utrumque significat, & *ducere*, & *agere*. Imo, & agere tantumdem, atque ducere, impellere, mouere, & incitare apud thesaurum linguæ latinæ huiusque peritos valet. Prelius tamen, & luculentius & rem hanc, & rationem dedit nobis Angult. 5. de ciuit. c. 9. sub finem scribens: [Causa rerum, quæ facit, & non fit, Deus est. Aliæ vero causæ, & faciunt, & sunt: sicut sunt omnes creati spiritus maxime rationales. Corporales autem causæ, quæ magis sunt, quam faciunt, non sunt inter causas efficientes annuendæ: quoniam hoc possunt, quod ex ipsis faciunt spirituum voluntates.]

5. Huic porro sententiæ, & rationi annuit expressè S. Thom. singulatim testimonia approbans recitata, & in primis q. 5. de verit. art. 9. ad 4. ubi hanc Augustini sententiam obiecerat, respondet: [Quod illud dicitur agere, quod habet dominium super actionem suam. Secundum quem modum loquendi dicit Damascenus: quod animalia bruta non agunt, sed aguntur.] Et rextum recitatum Aristotelis ex 2. Physicor. sic illustrat commentario suo lect. 10. [Eius proprie est agere, quod habet dominium sui actus. Quod autem non habet dominium sui actus magis agitur, quam agit. Et ideo actus non est in potestate eius, quod agit; sed magis in potestate eius, quod agit ipsum.] Et ad recitatum locum Arist. ex 6. ethicor. sic ait lect. 2. [Duo opera dicuntur esse propria homini: scilicet cognitio veritatis, & actus; in quantum, scilicet, homo agit tanquam dominus proprii actus, & non tanquam actus, vel ductus ab aliquo. Inferiusculè. Sensus nullius actus principium est, eo, scilicet, modo, ut per sensum haberi possit dominium actus. Quod quidem manifestum est per hoc, quod bestie habent quidem sensum, non tamen communicant actum: quia non habent dominium sui actus. Non enim à se ipsis agunt, sed mouentur instinctu naturæ.] Et 1. 2. q. 1. art. 2. corp. [Rationalia seipsa mouent ad finem: quia habent dominium suorum actuum per liberum arbitrium. Unde subdit. Proprium est naturæ rationalis, ut tendat in finem, quasi se agens, vel ducens in finem. Naturæ vero irrationalis, ut quasi ab alio acta, vel ducta siue in finem apprehensum sicut bruta animalia, siue in finem non apprehensum, ut ea, quæ omnino cognitione carent.] Et 3. cont. gent. c. 10. post med. [Omnia, quæ ratione carent, aguntur tantum, & non agunt seipsa. Non enim sui actus dominium habent, ac ferè statim. Substantiæ rationales, siue intellectuales, non tantum aguntur, sed etiam agunt se ad proprios actus.] q. 9. de potentia art. 1. ad 3. docet nomen hypothetis, siue suppositi, & si generale substantiis omnibus, rationalibus tamen, tanquam nobiliori modo per se stantibus, applicitum ab antiquis fuisse [quia hoc, quod est per se agere excellentiori modo conuenit substantiis rationalis naturæ, quam aliis. Nam solæ substantiæ rationales habent dominium, sui actus: ita, quod in eis est agere, & non agere. Aliæ vero substantiæ magis aguntur, quam agant.] Quam rationem applicandi communem vocem hypothetis supposito nobiliori, nimirum rationali, ut aiebat Boëtius lib. de duabus nat. post med. dedit etiam S. Thom. commentans eum Boëtij locum, denique 1. p. q. 22. art. 2. ad 4. [Non præfigitur homini virtus operativa determinata ad vnum, sicut rebus naturalibus, quæ aguntur tantum, quasi ab altero directè in finem; non autem seipsa agunt, quasi se dirigentia in finem, ut creature rationales per liberum arbitrium, quo consiliantur, & eligunt.] Eadem conclusioni, & rationi de propria actione solis rationalibus agentibus liberis competenti annuit Albert. 2. p. quæst. 91. in 1. & 2. corp. q. 16. arg. 7. Alex. 2. p. q. 29. in 1. art. 2. q. 74. n. 2. post med. & cum Damasceno proximè recitato. S. Bonau. in 2. d. 25. art. 1. q. 1. corp. med. & ad 3. & 4. Scotus q. vn. vers. fin. circa §. Dico ergo. & deinceps Bassolis q. 1

art. 2. verſ. fin. Ricard. art. 1. quaest. 2. verſ. *Sed contra*. Henric. Gandav. quodlib. 1. quaest. 16. ſub init. quodlib. 9. quaest. 5. quodlib. 11. quaest. 6. part. 2. ſum. art. 45. q. 3. poſt med. Adde Okamum in 1. d. 1. quaest. 6. poſt med. Theophil. Rayner. in Pantheologia ſua verb. *Providentia*, cap. 3. ſine verb. *gratia*, c. 2. ſin. Conradus 1. 2. q. 1. art. 2. comment. 4.

6. Supponendum eſt tercio recitatis Concilij locis non eo ſolum Lutheranos & Calvinistas, quod nomen libertatis arbitrij noſtra in reſpondendo, & conſentiendo divinae voluntati, vocationi, adiutorio, motioni, excitationi, & auxilio gratiae inſciatur, ſed quod rem ipſam quae libertatis nomini ſubſtit, eaque voce ſignificatur, negarent: id quod negare auſit catholicorum nemo. Etenim, ut recte eminentiſſimus, & Gabriel Pennorus, grauis cum primis, & acutus Theologus ſuo propugnaculo libertatis lib. 1. c. 19. n. 8. tantum ſtudiorum vigilatum, orationum diſputationum, ſeſſionum, & tot, tantique Patribus in Tridentino habitatum, apparatus ad quaestionem de ſolo nomine definiendam, & quae ſatis dictionariis, & theſauro Latinae linguae dirimeretur, otioſus, & inutilis videretur. Probata autem (ſi forte negantes quandoque fuerint) facile poſſeſt. Primo: quia libera cooperatio noſtra voluntati, motioni, & adiutorio Dei ipſiſſima deſignatione eſſentiali libertatis ſecundum rem ſumpra deſignatur, & illam, quae ea deſignatione deſignatur negantes recitatis teſtimoniis damnantur: ergo rem ipſam, nec ſolum libertatis nomen negantes damnantur recitatis Tridentini teſtimoniis: & ſubinde libertas noſtrae cooperationis, ſecundum rem ipſam, nec ſolum ſecundum nomen libertatis eſſidem locis deſignatur. Conſequenter eſt certa: antecedens probatur illis verbis datis ex cap. 5. *Quippe qui illam* (inſpirationem, quae per praedestinationem, & voluntatem Dei cor hominis tangitur) *& abſcicere poſſeſt*. Et illis etiam ex can. 4. quibus damnat dicentes: *hominis arbitrium non poſſe Deo mouenti, excitanti, & vocanti diſſentire, ſi velit*: ait poſſe abſcicere inſpirationem illi renuendo, poſſeque Deo excitanti, vocanti, & mouenti pro libito diſſentire res ipſa libertatis, ſeu poteſtas indiſſerens ad vtrumvis (in qua illa reiſpa in actu primo conſiſtit) omnino eſt: atque Deo vocanti ita ex ea poteſtate indiſſerenti cooperari, ut poſſit homo eam renuendo abſcicere, atque arbitrium diſſentire, ſi velit eſt res ipſa exercitij libertatis in actu ſecundo, ſeu cooperationis libere: ergo eis locis res ipſa, nec ſolum nomen, libertatis etiam, cum in actu primo, tum in actu ſecundo poſita Dei praedestinatione, vocatione, & adiutorio deſignatur: eamque negantes Lutherus, & Calvinus damnantur. Probat ſecundo ex eadem ſeſſ. 6. Tridentini can. 5. immediato, in quo, Calvinus, Lutherus, & aſſectae dicentes: *liberum arbitrium poſſe Ada peccatum amiſſum, & extinctum eſſe, aut rem eſſe de ſolo titulo: imo titulum ſine re anathematizantur*. Vbi aperte praefati haeretici eo canone damnati nomen libertatis admittunt dicuntur: rem vero ipſam libertatis ſolummodo negaſſe: de eoque errore damnantur: non autem de nomine libertatis negato, ne dum de eo ſolum negato, quod admittebant.

7. Tercio probatur. Quia, cum poſt Tridentinum maior longe potiorque (ut quaest. 6. videbimus) Theologorum pars: & Patres omnes recitati quaest. 2. & 4. recitandi aſſerant arbitrium, etiam non coactum, ſed neceſſitatum antecedentem, atque irreſiſtibiliter determinatum ad vnum extremum ex oppoſitis apponendum, non rite, recteque, ſed abuſive ſolum liberum dici, Tridentini damnationem non denegata ſolum à praefatis haereticis libertatis voce, ſed etiam reiſpa libertatis fuiſſe euincitur: alioquin ij omnes aperte à Tridentino deſicerent, planeque haeretici deprehenderentur: ac merito ab aduerſariis ea in re haereticis accuſarentur: quod tamen aduerſariorum nemini hucusque in mentem venit: & ſi alios Pelagianorum, & Semipelagianorum errores praefatis doctoribus, ut eumque, aſſerere illi omnes in caſum tentant: quin & Patres Concilij, ita etiam cap. illo conſent: dum ideo libertatem de noſtra cooperatione Deo vocanti praedicant: quia poſſumus Dei ita vocantis abſcicere voca-

tionem. Quod quidem res ipſa libertatis eſt: quarto cum voces earum ſolum deſignari queant, quatenus ſignificat per illas ſermonis proprietate obſequit veritates de fide, ac reuelata Deo ſunt. Non potuit haec propoſitio, *arbitrium noſtrum Deo vocante, & mouente, ac praedestinante liberum eſſe: quia vocationem abſcicere poſſeſt*: ut res ipſa libertatis de fide, ac reuelata Deo eſſet, ſimulque deſignaretur, ut talis. Denique res haec certis adeo diſcurſibus non eget, ſed verbis haereticorum ipſis conuincitur, qui ſe de re libertatis, non autem de nomine cum Catholicis certare errore ſuo ſarentur. Audiat Calvinus 2. inſtit. cap. 2. ſeſſ. 7. & 8. Egregia, inquit, libertas, ſi homo quidem non cogitur ad ſeruendum peccato, ſic tamen eſt *idcirco*, ut vincula teneatur peccati compediſſis eius voluntati: equidem Logomachias (pugnaſ de nomine) abominor, quibus ſuſtra Eccleſia ſatigatur: ſed religioſe cenſeo cauendam eaſ voces, quae abſurdum aliquod ſonant: praefertim ubi pernicioſe errant. Quotus autem quiſque eſt, qui dum assignari homini liberum arbitrium audit, non ſtatim concepit illum eſſe, & mentis ſua, & voluntatis amicum, qui ſelecte ſe in vtramque partem à ſeipſo poſſit? Rei ergo libertatis (quam in poteſtate & dominio arbitrij ad ſelectandum ſe in vtrumque à ſe ipſo omnes ſitam intelligimus) periculum rimet in eius vocis viſu: quam cum eius ſignificati correctione admitti poſſeſt, ſic ſtatim pergit. *Atque ſublatum erit eiſmodi periculum, ſi de ſignificatione* (libertatis arbitrij à ſolamini coactione) diligenter pleris admoſnetur. Ac rursus ait. *Ita ſi quis dictionis huius uſum non trans intelligentia* (immunitatis ab omni neceſſitate, nec ſolum à coactione) ſibi permittat, per ſe non vacillatur ob hanc rem. Sed, quia ſine ingenti periculo retinere non poſſe cenſeo: magno contra Eccleſia bono futurum ſi abſcicatur: neque ipſe uſurpare velim: & alios ſi me conſulant, abſtinere optarim. His aequae clara, cum Calvinus, & ſequacium, tum Lutheranorum ad rem hanc teſtimonia ſequentibus certaminibus producemus.

8. Supponendum eſt quarto: praefatis Concilij deſinitiones (& idem eſt de deſinitionibus Concilij Senonenſis, & Pontificum Innocentij, & eius ſuccelloris) Alexan. 7. ut ex rationibus ſtatim ſubiſcendis patet) non eſſe ſolum de auxilio ſufficienti, & motione Dei, ac non proueniente à praefinitione praedeterminatiua iuxta Recentium Thomiſtarum ſententiam, de qua in praefentiarum agimus, ſed de omni auxilio, & motione Dei efficaci, & quae à praefinitione praedeterminatiua proueniat iuxta eoſdem, nec ſolum de aliqua motione ſufficienti ſcilicet, vel aliqua efficaci ſuppoſitio eſt contra Bañez 1. part. quaest. 23. artic. 3. ad 7. argum. 1. & 2. quaest. 10. art. 1. *ſic tam vero ad ſolutionem*, qui vnus ex Thomiſtis expreſſe de auxilio ſufficienti eas deſinitiones interpretatur. Alij vero nonnulli in eum ſenſum poſſunt benigne intelligi, ne videantur adeo expreſſe Tridentini, & Senonenſis deſinitionibus aduerſari: dum ait Nauarrus contro. 2. 1. de auxilio, ſ. 8. circa finem *voluntatem non poſſe reſiſtere phyſica praedeterminationi*. Dauid aum ait de auxil. cap. 20. *Deo mouenti nil valet reſiſtere*, quod vtrique de ſolo auxilio efficaci in eius ſententia dici poſſeſt. Aluar. d. 92. de auxil. num. 8. conclud. 4. cum dixit. *Neceſſe non eſt, quod cuiusque auxilio prouenientis gratia poſſit homo abſolute diſſentire, ſi velit*. Probat ſicilec primo ex verbis ipſis earum deſinitionum. Eis quippe dicitur cap. 5. *Nos cooperari, & aſſentiri libere Deo vocanti, &c.* redditurque ratio. *Quippe, qui & illam abſcicere poſſeſt, & can. 4. ita cooperari hominem aſſentiendo Deo, vocanti, ut poſſit diſſentire, ſi velit*. Soli vero gratiae, & motioni Dei efficaci, non autem ſufficienti, cooperatio, & aſſenſus noſter adiungitur (in quocumque velis vocationis auxilij, & motionis diuinae efficaciam, ſine intrinſeco, ſive extrinſeco continuare: de quo modo non diſputo) omnium ſeco continuare: ergo de auxilio, & motione efficaci ſunt opinione: ergo de auxilio, & motione efficaci ſunt praefata deſinitiones Concilij. Confirmatur: quia, nec praefata deſinitiones Concilij, contra quos ibi agitur Calviniani, nec Lutherani, contra quos ibi agitur, negabant vocationi Dei cuius, atque ex inefficaci voluntati operis, & conſenſus noſtri oriunda poſ-

nos dissentire, resistere, eamque abicere; sed ei solum, per quam arbitrio nostro necessitas agendi imponitur, resisti, ac dissentire à nobis minime posse: atqui vocatio, motioque Dei ita necessitas nos ad agendum sola est motio, & vocatio efficax oriunda ex præfinitione consensus iuxta hæreticos præfatos: ergo de eiusmodi motione, & vocatione efficaci definitiones Tridentini procedunt. Viget: quia præfati hæretici nullam vocationem gratiamve Dei mouentem nos, & adiutantem ad bona, & salutaria opera recognoscunt, præter efficacem ortam ex præfinitione diuina de eiusmodi operibus, quare Canon 17. recitando infra num. 11. damnatur quod reprobus omnem Dei gratiam auxiliantem deiecit. Unde Cornelius Iansenius inter errores alios in materia gratiæ hunc etiam ex Caluinismo ebibit. *Interiori gratia in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.* Vt ex definitionibus Innocentij, & Alexandri certam. 5. constabit, quem errorem, vti exploratur Caluinismi, & Lutheranismi dogma Germaniæ vtriusque, & Gallie Lutherani, & Calvinistæ tutati sunt: & post eas etiam definitiones obtrinito defendunt: omnis autem vocatio, motioque Dei, cui nunquam resistitur efficax est: ergo à Caluinistis, & Lutheranis, à quibus solum admittitur gratia, seu motio Dei, cui nunquam resistitur, nulla gratia, & motio Dei, quæ efficax non sit, sed solum sufficiens, admittitur. Quare quæ contra hos hæreticos Concilia, & Pontifices contra Iansenistas super eo definitur de gratia, & motione Dei efficaci, orta ex præfinitione efficaci consensus definitur, ut prima parte suppositi huius ponamus.

9. Secunda eiusdem suppositi pars erat. Definitiones præfatas non posse intelligi de gratia, seu motione, & vocatione Dei efficaci aliqua solum, non autem de omni, sed de omni gratia, & motione Dei efficaci esse vniuersim omnino, ac necessario intelligendæ. Hæc pars videtur directè pugnare cum genuino sensu sententiæ Didaci Aluarez recitate num. proximo, quæ Concilij definitiones à suis præfinitionibus & prædeterminationibus auertere tentauit. Verum, si perdoctus Pater vidisset attentè acta Concilij Tridentini videtur ab eius Patribus præclusum effugium: quare non esse à Sano Theologo deinceps tenendum. Etenim 2. p. Actor, Tridentini Theologus quidam Concilio, & Patribus proposuit, ut illis verbis ex Canone 4. recitatis, *non dissentire, si velis, adderetur, communi vocationi; ut* aliter, cui de facto consentit liberum arbitrium, non communi locum definitio relinquere, ut non posse dissentire, credi, distique posset; eam verò propositionem Concilium recepit, ac vniuersim, & sine eo addito, & limitatione Canonem voluit, iustique euulgari. Probatur secundo: quia propositio, quæ definit Concilium hominem posse abicere efficacem motionem, & vocationem Dei, illique dissentire, si velis, indefinita est: ergo vniuersim de omni motione, & vocatione efficaci debet intelligi. Probatur: quia, nisi ita propositiones indefinitæ definitæ intelligantur, nihil definitiones præstabunt. Facile enim dicitur hæretici errorem suum non damnari: quia non damnatur propositio in omni, sed in aliquo sensu indeterminate, qui nondum explicatur in ea definitione: quare necdum suum sensum esse ea propositione indefinitæ damnatum: ergo eiusmodi propositiones definitiue, & doctrinales vniuersalibus æquivalent, ut aliquid valeant, nec sistant in vanis definitionum vmbis, & laruis peccatorum terribilium. Probatur tertio: quia ex Tridentini definitione libere cooperatur gratia, & motioni Dei liberum arbitrium, nec se habet, ut in animæ instrumentum: quia illam abicere potest, illique dissentire, si velis, ergo contra omnem gratiam, & motionem Dei, cui non possit dissentire arbitrium, si velis, eamque renuendo abicere, definit Concilium tollere. Hæc quidem in omni motione Dei efficaci Caluinista, & Lutherana reperiri certissimum est: quia contra quæ ita Caluinistæ, & Lutherani fatentur. An verò etiam seu prædeterminatione Thomistarum recentiorum inueniatur? nunc non disputamus: spectat enim ad materiam de efficaci gratia, & auxiliis, à qua abstinemus: quam

quam ad id dignoscendum magnam asserant lucem, quæ hic de præfinitionibus Thomisticis disputantes subiciemus.

10. Quinto suppono: ex præfinitionibus, hætenus Catholicis, humanarum actionum cum Thomistis recentioribus, tum Scotistis pauculis junioribus, omnes in eo conuenire: ut auxilij, seu motionis diuinæ efficacia intrinseca, inseparabilique à consensu, ad quod mouet, & arbitrio nostro auxiliatur, omninoque ab exercitio nostre libertatis independens, illudque sit antecedens: Item efficaciam antecedentem hanc essentialiter supponere diuinam consensus præfinitionem. Id autem non eodem modo ab eis omnibus asseritur. Nam Scotistæ pauculi memorati, atque ex Thomistis nonnulli, adhuc pauciores, consent auxilium efficax inseparabile antecedenter à consensu esse non ex intrinseca sua entitate nuda, sed ex præfinitione diuina, seu decreto absoluto de se efficaci consensus ipsius, sine quo consensu in statu absoluto, siue existentie, aut futuritionis absolute poni, esse nequit. Thomistæ verò reliqui communiter docent efficaciam auxilij antecedentem connexam inseparabiliter à consensu, ad quem efficax auxilium est, quaque independentem à nostro arbitrio posita irresistibiliter, & ineluctabiliter ponendus consensus est, & cum qua coniungi eius omisio nullo modo possit physice promotioni, & prædeterminationi Dei, necessarie essentialiter, ut consensus à voluntate, & arbitrio nostro opponatur, intrinsecam omnino esse. Ceterum sine præfinitione diuinæ eiusmodi auxilium efficax, siue auxilij efficaciam, ac physicam præmotionem, & prædeterminationem physicam poni in rebus minime posse: quia nimirum præfinitio necessario prærequiritur, & essentialiter principium actuum totale cum efficacis auxilij, physice præmotionis, & prædeterminationis, tum patiale consensus ipsius est, & connexum subinde cum consensu ipso antecedenter ineluctabiliter, & irresistibiliter à nostra voluntate. Præfinitio autem instituti nostri non est, in quoniam eiusmodi efficacia auxilij diuini formaliter realiter consistat disputare: an in nuda, & intrinseca auxilij efficacia: an in aliquo extrinseco, siue omnino antecedenti, siue subsequente exercitium liberum nostre voluntatis. Sed an præfinitio consensus essentialiter consentum, siue tanquam auxilij efficaciam realiter formaliter constituit, siue tanquam necessario prærequiritur principium illius, antecedens, cum eoque ita connexum de se, ut ea posita ineluctabiliter, & irresistibiliter ab arbitrio nostro consensus necessario apponendus sit, ut cum ea inconiungibilis sit consensus omisio præfatis definitionibus, & anathematismis Tridentini repugnet.

11. Quod ut dilucidius appareat: ac simul nos à disputatione de efficacia auxiliorum in præfinitionum abstinere cunctis innoteat, suppono sexto, & ultimo definitiones, & anathematismos præfatos, non de solis auxiliis, seu gratis efficacibus abstracte, ac sine Dei voluntate consensus, & auxilij loqui, sed, ut illam concernunt, siue imbibitam in eis, siue suppositam. Probatur primo, quia Caluinus, & Lutherus in suis præfinitionibus humanorum actuum à Deo præcipue aberrarunt, quin de mediis vix curarint: asserentes prædeterminationem, & reprobationem in præfinitione siue boni, siue mali antecedenter ad vsum nostre libertatis, & arbitrij, & cui in effectu apponendo resisti nequeat, consistere. Hoc enim ita statuto parui eorum referebat, cuiusmodi naturæ, & conditionis esset inde ortum, & paratum gratia auxilium. Unde Canone 18. eiusdem sess. 6. contra eos dicitur, *si quis iustificationis gratiam non, nisi prædestinatus, ad vitam contingere dixerit; reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem. Sed gratiam non accipere, utpote diuina potestate prædestinatos ad malum anathema sit.* Secundo: quia gratia auxilium quodvis ab eiusmodi præfinitione nequit re ipsa & gratia formalitate præcindere: cum non solum ab illa necessario in sententia eorum proueniat, sed, & ex illa gratiam esse habeat: quippe gratia, & beneficium omne est gratuita, & liberali voluntate, quæ à donatore confertur, inesse gratia, & beneficii realiter formaliter constituitur. Tertio: tam cap. 5. quam can. 4. Deo Tangere cor hominis eius inspirationem abici posse, & arbitrium à Deo motum eius motioni posse dissentire, si velis, definitur: in Deo verò mouente, & tan-

gente cor hominis ab eius voluntate mouendi, & tangendi non præcinditur. Vtrumque ergo, capitis, scilicet definitio, & Canonis anathematismus in oppositum errorem editus, non solum de gratiæ auxilio, sed & de voluntate Dei, cui dissentire, & à qua discedere absolute non possumus loquuntur. Et quamvis de auxilio solum in terminis esset, cum rationem definitio contineat ad ea omnia, ad quæ ea ratio aperte, ac certo extendatur, & definitionem virtualiter, & implicite extendi certum omnino est. Nunc autem examinandum est an contra Thomistarum recentium præfinitiones ex vna parte ad absolutam humanorum actuum existentiam, & futuritionem essentialiter prærequisitas, & necessarias de se connexa inuitabiliter cum operatione præfinita, atque ex alia parte omnino independentem à nostræ libertatis vñu à Deo conceptas Tridentini definitiones procedant.

CERTAMEN II.

Argumentum contra præfinitiones Thomistarum recentium ex præfatis locis Tridentini de seruata libertate cooperationis nostræ à Deo vocante, & præmouente instruitur, eorumque tentata effugia è mente Caluinistarum, & contra Concilij mentem videri.

EX his Tridentini locis argumentor sic. Eo per Tridentini testimonia, & definitiones datas, libere cooperatur arbitrium Deo mouenti, excitanti, tangendique cor hominis, &c. quia tunc etiam, cum cooperatur, Dei motionem, vocationem, & inspirationem, abicere potest, illi renuendo, & ita Deo mouenti, potest dissentire, si velit: atqui mouenti & vocanti Deo ex præfinitione præfata consensus nostri arbitrium, nec vocationem abicere tunc potest illi renuendo, nec Deo ita vocanti dissentire, si velit: ergo ex Tridentini definitione etiam ratione præfinitiones prædeterminatiuæ nostri consensus prædictæ arbitrij libertatem euertunt: quare & definitæ etiam ipsius libertati in cooperatione Deo mouenti, & vocanti contradicunt. Minor, quæ sola opus probatione habet, probatur primo: quia ex doctoribus omnibus ita præfinitionibus eiusmodi præfinitiones, & necessaria essentialiter principia sunt, vel ad consensum & auxilium, seu motionem Dei efficacem apponendam, vel ad eam constituendam in actu primo efficacem. Vt vidimus cert. 1. num. 10. quare, & omnino antecedenter, & independentem à libertate exercenda in consensu positæ sunt. Insuper eis positæ non potest non esse, seu omitti consensus, cum quo essentia, & entitate sua connexæ sunt: & sine quo esse in seipsis, vt esse ponuntur, nullam possunt: ergo neque eis positæ potest voluntas illa abicere, eivse dissentire. Probatur consequentia, quia illarum abiectio, dissensusque illis est non esse, seu omisso consensus à voluntate: atqui positæ præfinitionibus nequit esse non esse, seu omisso consensus à voluntate: ergo nec potest esse abiectio illarum, seu dissensus illis à voluntate. Primam illam minorem admittunt in simili de efficacia in seipso auxilio Dominici recitati cert. 1. n. 8. Secundo arguo: quia nil aliud Caluinianæ, & Lutherianæ præfinitiones, Deique ea præfinitione vocans, ac præmouens, in eorum errore eis locis à Tridentino damnato, habent, quam non posse voluntatem eiusmodi præfinitioni, Deoque ex illa vocanti, & præmouenti dissentiri, eamve, vel Deum ita mouentem abicere: quin aliquid aliud contra libertatem asseruerint, aliave ratione, aut alia de causa à Tridentino damnentur, vt ex data definitione, & anathematismo constat: sed hoc totum in præfinitionibus Thomisticis inuenitur: ergo æque hæc, atque Caluinianæ, & Lutherianæ præfinitiones ea definitione, & anathematismo damnari videntur. Probatur

tertio: quia nihil aliud, quoad præiudicium libertatis nostræ, afferunt de suis præfinitionibus hæretici prædicti, quam de suis afferant Thomistæ recentiores: nullamque potentiam ad dissentiendum Deo præfinitioni, & ita vocanti admittere hi possunt, quod illi admittere nequeant, imo quam de facto non admittant: ergo æque tanguntur Tridentini definitione, & anathematismo vtrique. Prima antecedentis pars probatur. Tum, quia præfati hæretici de suis præfinitionibus solum aiunt necessario antecedenter, & independentem ab vñu nostræ libertatis poni, eisque positæ non posse absolute non poni à nostra voluntate consensum præfinitioni, cui essentia, & entitate sua præfinitiones suæ connexæ sunt: quod totum præfinitiones Thomisticæ habent: quod enim nonnulli aiunt Thomistæ ab hæreticis non admitti libertatis nomen, quod ab ipsis tamen Catholicis admittitur: friuolum est. Ostendimus enim certam. 1. num. 6. Concilij definitionem, & anathematismo circa rem libertatis, nec solum circa eius nomen esse.

2. Insuper prima eius antecedentis pars constat ex dicendis pro secunda parte antecedentis, quam probō ex variis doctrinis, & solutionibus, quas Thomistæ recentiores huic argumento ex humanorum actuum libertate cum ab auctoritatibus Tridentini, tum à ratione, & principijs naturalibus efformato solent adhibere; nolque ostendimus eas etiam omnes non solum in Caluinistis præfinitionibus locum eundem habere: atque ateo, si aliqua ex illis via Thomisticæ præfinitiones definitioni Tridentini non opponantur, eivseque anathematismo euadant, eadem Caluinicas, & similes Tridentini saluina declinare: nihilque subinde firum contra Caluinistarum, & similibus præfinitiones actum à Tridentino fuisse, cum tamen nihil aliud in primis curari: quod dictum absurdum est, & nefarium. Sed etiam eas omnes solutiones singulati à Caluino, & similibus pro suis præfinitionibus datas, & eis non obstantibus, tanquam inutilibus, præfinitiones à Tridentino damnatas esse, tanquam libertatis nostræ ruinam, nec potestatem ad oppositum in arbitrio nostro relinquentes. Hoc vnum est præteritis loci institutum: eas siquidem singulati à ratione (cuiuscumque denum euasiones sunt) præcludere quæstionibus 6. negotium erit. Iam Thomisticas solutiones iterum percuramus, conferamusque cum Concilij verbis, & Caluinis, ac similibus euasionibus. Prima est præfinitionibus Thomisticis, quantumvis antecedentibus, atque independentem ab vñu libertatis nostræ positæ, & de se cognoscitur cum consensu voluntatis præfinito, voluntatem nihilominus nostram ad consensum non cogi. Sed liberum à coactione consentire: quam solum libertatem à coactione definitam volunt contra Caluinum, & alios hæreticos nostrarum actionum præfinitores: quia ita Deum eas præfinire, atque ex ea præfinitione nos vocare aiebant: vt nec cor aperiret, sed potius clauderet: quare nec iura seruaret libertatis arbitrij, sed potius illud coheret ad actionem præfinitam. Præfinitionibus vero Thomisticis aperiri à Deo cor, non claudi: quare, nec cogi, ita ex Thomistis aliqui, & prolixius Ioan. à S. Thoma 1. par. d. 20. art. 7. pag. 677. & 693. ex congregat. 38. ex habitis Romæ pro disputationibus de auxiliis, in qua ita reuulsi errorem Caluini Armacanum ait. Sed certe vt id docuisset Caluinus, non id solum de suis præfinitionibus docuit: de alio quippe citatis locis demonstrat aperte: quod libertatem à necessitate, nec solum à coactione ab humano arbitrio suis præfinitionibus abstulerit, auferendo ad oppositum eius, quod operatur potestatem. Concilij enim definitio de libertate, & ratio etiam ibi definita ait, ad libertatem exerciti operis requiri ex parte principij potestatem ad oppositum: atqui potestas ad oppositum operis exerciti non requiritur ad libertatem à sola coactione, sed etiam ad libertatem ab omni vinculo necessitatis arbitrij ad operandum, etiam per aduersarios: ergo hæc libertas, nec sola libertas à coactione arbitrij nostri in operando, seu cooperando volenti, & vocanti, & præmouenti nos ex illa sua misericordia voluntate Deo definitur à Tridentino contra Caluinum: quare ex definitionibus Tridentini patet nunc, vt minus, non solum libertatem à coactione, sed etiam libertatem ab omni vinculo necessitatis negasse. Vnde etiam constat solutionem hanc irritam ad euertendam Tridentini

ni auctoritatem, & nostrum inde effectum argumentum declinandum induci. Conceditur siquidem cum præfinitum Thomisticis esse aliquam necessitatem arbitrii ad operandum: ac non esse potestatem ad oppositum operi præfinito, neque libertatem absolute talem ab omni necessitate ad operandum: quod, etsi ea necessitas rationis non sit, verum esse potest: imo & de facto ita esse argumentum factum euincit: ergo ei non satisfit sola libertas à coactione: etsi, quoad eam libertatem, Thomistæ à Caluinistis eam negantibus discordant.

3. Sed certe, ne in eo quidem, à Caluinistis præfinitum discepare videntur præfinitores Thomistæ. Caluinus siquidem necessitatem antecedentem suarum præfinitionum coactionem arbitrii nostri non esse, ac proinde eis positis liberum à coactione præfinitum opus operari expresse etiam ubique facit. Primo enim vt ex 2. infinit. cap. 2. sect. 7. & 3. referebamus cert. n. 7. ter, quaterque, asserit voluntatem non cogi quidem à Deo eius opera præfinitæ, atque ex ea præmouente, & vocante. Licet libertas hæc à sola coactione, ac non ab omni vinculo necessitatis in operandum ex communi hominum iudicio de essentia absolute libertatis, liberum nec esse, nec dici absolute posse censet: dici tamen liberum permittit, si prius explicetur libertatis voce solam libertatem à coactione intelligi ab ita loquentibus, eisdemque capitibus, & sect. etiam 6. frequenter eandem suam doctrinam repetit. Sed illa præciatim notanda, quæ præmissa triplicis libertatis distinctione à necessitate quam inamissibilem vocat, & à peccato, & à miseria, quas ait per peccatum amissas subnequit. Hanc distinctionem ego libenter recipio: nisi quod illi (in membro primo libertatis inamissibilis à necessitate) necessariam coactionem perperam confunditur: inter quas, quantum discrimini sit, & quam necessario considerandum alibi apparet. Additque, liberi arbitrii dici hominem non ex libera alterius electione: sed quia voluntate agit, non coactione optime id quidem. Ac deinde Augustinum laudat dicentem cap. 14. de corrupt. & grat. Deum homines voluntatis trahere. Reprobatur dicentes. Deum homines sicut lapides mouere, c. vero 3. exemplo Augustiniano equi à sellæ moti vltus, omnem à Deo præfinitæ, & præmouente coactionis in voluntatem nostram suspitionem propulsa, asserens se sicut Augustinum eo exemplo vt, quantum melius non occurrat, & cap. 3. sect. 14. ait, quod autem dici alibi (Augustinus) non tolli gratia voluntatem, sed ex mala mutari in bonam: & cum bona fuerit adiutori, significat tantum: hominem non ita trahi vt sine motu cordis, quasi extraneus impulsu feratur: sed ita ut sit agens, vt ex corde obsequatur. Iterum citato cap. 4. hoc alio Augustini loco recitato. Agis, & agis: & tunc bene agis, si à bono agaris spiritu Dei, qui te agit. Agentibus adiutori est: nomen adiutoris præfinit, quod, & in aliquid agas. Subdit. Priore membro admonet adiutor hominis non tolli spiritus sancti motu: quia à natura est voluntas, quæ requiritur, vt ad bonum agatur: quod autem mox adiungit: ex nomine auxilij posse colligi nos etiam aliquid agere: non conuenit ita accipere, quasi seorsim aliquid nobis tribuat: sed ne fons in nobis ignauiam, sic Dei actionem cum nostra conciliat: vt velle sit à natura bene autem velle à gratia. Sed ad huc est illustrius Caluini testimonium, quod præter data, & alia eius fragmenta quam plurima referet Ruardus art. 7. à pag. 377. deinceps ubi hæc ex illo, voluntatem autem necessitate in malum trahi, vel duci, quamvis libertate abdicata, offendit eos, qui inter necessitatem, & coactionem distinguere nesciunt. At si quis interroget eos: an non necessario Deus bonus sit? An non coactione est bonitas cum diuinitate, vt non magis necessarium sit ipsam esse Deum, quam bonum. Diabolus autem prius lapsus sit ab omni communionem alienatus est, vt nolumus, & coactionem deo parum laudis ex sua bonitate debere, ad se: immensa eius bonitate fieri, ne male agere possit, non bene agendo non impedit, quod necesse est illum bene agere: si diabolus, qui, non nisi male agere potest, voluntate tamen peccat: quis hominem ideo minus voluntarie pec-

care dicet, quod sit peccandi necessitati obnoxius? qui in suas partes Magistrum vt trahat corrumpit teste Bellarmino 3. de grat. & lib. arbit. cap. 4. circa med. Pronuntiat, inquit, tandem Lombardus: non liberi arbitrii ideo nos esse, quod ad bonum & malum, vel agendum, vel cogitandum perque possumus, sed dumtaxat, quod coactione soluti simus. Eodemque teste lib. 6. de grat. & lib. arbit. cap. 15. sent. 8. Ruard. cod. art. 7. pag. 376. Camerario de grat. & lib. arbit. cap. 3. post med. & cap. 6. sic ait 2. aduersus Pighium. [Si coactioni opponitur libertas liberum esse arbitrium, & constanter assueo: & pro hæretico, quisquis secus sentiat: quia non cogatur, aut violenter trahatur externo motu: sed sponte sua. Sed cum aliud vulgo concipiant, dum hoc epitheton homini attributum, vel audiunt, vel legunt: & ad facultates, viresque referant: & imaginatio hæc in mentem veniat habere sub potestate sua bonum, & malum, vt alterum eligere licet, suapte natura queat, hæc causa est, cur mihi displiceat.]

4. Similiter Lutherus, etsi meram passionem voluntati nostræ tribuere, videatur, tamen apud Ruardum citat art. 7. pag. 356. aliquam tribuit illi actiuitatem, licet non à se, sed per impulsum à Deo impulsu his verbis. *Voluntas incarnata, seu in opus externum effusa recte potest dici cooperari. & actiuitatem habere: sicut gladius in vulnere facto: quare eius discipuli solam actiuitatem à se, id est potestatem agendi, & non agendi opus præfinitum arbitrio nostro negatam à Luthero aiunt, vt videre est in kenitio examine Tridentini censura in sect. 6. circa fin. teste Bellarmino 6. de grat. c. 9. Ludoco Tolerano 1. par. Apologie pro Trident. circa med. fol. 185. & in Bucezzo apud Bellarm. lib. 3. cap. 4. med. Et sane, licet Lutherus aliquid amplius aliquando verbis sonet hoc vnum contendisse exploratum est: nempe voluntatem nostram nihil ex dominio, & potestate indifferenti in suos actus agere, non autem eam sine coactione, & concursu actiuitatis suæ interficere, ac proinde violenter operari, & coactæ, sed solum non operari liberam à necessitate omni ad operandum. Vide illum fragmentis variis teste Rosenfe art. 36. sub med. fol. 346. sæpe dicentem. *Non est in potestate hominis, non est in arbitrio hominis. Et illam sui erroris ampliorem explicationem ibidem ab eodem, & à Ruardo citato art. 7. pag. 356. recitatem. [Error est, quod liberum arbitrium sit Dominus actuum suorum: quod vna solius Apostoli auctoritas facis confutat, fuisse serui peccati: liberati autem à peccato serui facti estis iustitiae. Ita in quocumque statu vitæ sumus serui, sanus, seu concupiscentia, seu charitatis.] Subinferius, [Liberum arbitrium est figmentum in rebus, quia nulli est in potestate sua quidquam cogitare, vel mali, vel boni: sed omnia (vt Vviclephi articulus Constantiæ damnatus recte docet) de necessitate absolute eueniunt.] Ex quibus constat Lutheri in suo errore mentem eam solum fuisse, vt libertatem à necessitate negaret, non autem à coactione: vocetque illas meræ passionis eo sensu ab eo dictas, quo Tridentinum damnat asserentes mere passiuos nos in actionibus humanis, & vt in anima instrumenta nos habere: hoc est, quin dum assentimur possumus dissentiri si velimus Deo volenti nostrum opus, & ex ea voluntate nos præmouenti, & vocanti, atque ita collatam vocationem, & præmotionem abicere. Eadem est Melancthonis doctrina apud Ruardum cit. art. 7. & pag. 160. aientis. *Non probo deliramenta Manichæorum, qui prorsus nullam voluntati actionem tribuebant: ne quidem adiuvante Spiritu Sancto: quasi nihil interesset inter statum, & hominem. Punctumque controuersie suæ suorumque cum Catholicis de libertate absolute tali: siue ab omni necessitate proponit, ac iuxta suum errorem dirimit locis Vvitembergæ cultis anno 1521. teste Ruardo citato art. 7. pag. 358. Cochæo 2. de lib. arbit. text. 3. [Est autem libertas, posse agere, & non agere: posse sic, aut aliter agere. Itaque in questionem vocatur: siue libera voluntas? Responso: quandoquidem omnia quæ eueniunt, necessario iuxta diuinam prædestinationem eueniunt, nulla est arbitrii nostri libertas.] Alia adhuc libertati nostræ non à coactione solum, sed & à necessitate fauentia ex Melancthone referam n. 5.***

5. Audi Vviclefium hæreticum harum semina iacentem.

tem. 2. Trialogi cap. 13. ita apud Vvaldent. 1. doctrinal. fid. art. 1. cap. 23. loquentem: *Deus necessitat creaturas singulas actibus ad quoslibet actum suum: etsi sunt aliqui predestinati: hoc est post laborem ordinati ad gloriam.* Ecce predestinatorum actiuitatem, laborem, & ex parte etiam sua conatum, & spontaneum subinde, is hereticus recognoscit: non autem absolute liberum, sed necessarium. Dicit enim apud Vvaldentem eo lib. 1. col. 2. & 3. *absolute necessarium est, quod damnatus ponat obicem in peccato. Et tunc, infans praescitur, & baptizatus necessario vinctus diuitius, & peccabit in Spiritum Sanctum, ratione cuius merebitur, ut perpetuo damnetur.* Et apud eundem ibidem cap. 23. *Propositum Dei oportet necessario impleri. & sic omne futurum necessario eveniet.* Et cap. 12. col. penult. ex eodem Vvicleffo hac refert. *Deus non illibatur quicquam facere, licet absolute necessario illud fiat: sicut non illibatur producere verbum, vel Spiritum Sanctum, licet absolute necessario illud agat.* Et c. 15. hac etiam ex illo recitat. *Est libertas in Angelis confirmata, qui tamen ad hoc agendum, quod agunt, summa necessitate trahunt.* Cum autem in Deo, & Angelis circa praetata, non sit libertas indifferencia potestatis solum in illis libertatem à coactione admittit: atque ita eius hac in re errorem Alesclas tueri testatur Vvaldent. cit. cap. 23. *Vvicleffista communiter respondent: quod Deus non necessitat necessitate coactionis ad bonum, vel malum futurum: quia illa sola tollit arbitrii dignitatem: non autem alia necessitas praeueniens absolute futurum effectus: Et cap. 24. longe à mod. hac ex ipsis refert. Non inuito peccauit, quia voluntate sua necessario peccauit. Michael, item Baius horum lequax propositio 38. ex damnatis à Pio V. & Greg. XIII. ut refertur Bellarm. 3. de grat. & lib. arbit. c. 5. §. Adde quod, & Sotio 3. part. 1. d. 37. sect. 2. circa fin. aiebat, quod voluntatis sit, libere sit, quamvis necessario fiat. Aliis hereticorum locis recitandis parco: quia ex datis abunde constat hereticos hosce à Tridentino damnatos cum operum nostrorum & suis praefinitionibus necessitate nostram à coactione libertatem, non minus clare, quam recentes Thomistas cum suarum praefinitionum necessitate fuisse profectos: quare ea via Tridentini definitionem, & anathematismum declinari ab his minime posse.*

6. Respondent secundo ex Aluarez 3. de Auxil. d. 22. num. 30. & 2. responsion. cap. 2. n. 7. & lib. 4. cap. 3. n. 16. cap. 13. num. 1. §. & 12. & ex actis congregationis illius 38. (vel potius suis) Ioann. à S. Thom. 1. p. d. 20. artic. 7. §. *Igitur cum nobis*, quoad antecedens totum praefinitionum necessarium, & essentialiter connexarum cum opere praefinito, atque ante omnem usum libertatis nostrae positum, illudque opus inuitabiliter deuoluentum, &c. sibi cum hereticis conuenire: neutroque in eo errasse; Ab illis vero quoad consequentiam maxime Thomistas discordare. Haeretici enim ex eiusmodi praefinitionibus omnino antecedentibus ex parte actus primi, & pro eo signo necessitatis voluntatem ad consensum praefinitum inferri libertatis nostrae euersionem fatentur, & mordicus erronee defendunt; eam verò illationem Catholicæ Thomistae negant. Verum, vel hæc differentia stat in negata à Thomistis illatione ex communi ipsis eam hereticis antecedenti praefinitionum ad nostrae libertatis euersionem, quoad nomen solum, vel quoad rem libertatis: & quoad nomen quidem constat ex cert. 1. num. 6. & 7. & ex proxime datis hereticorum, præcipue Vvicleffi, & suorum testimonio n. 5. & Caluini n. 4. verum finem, neque eius libertatis nomen negasse, neque de eo damnatos: sed de re ipsa libertatis negata: quin nec iure à Tridentino damnandos, quod nomen libertatis negarent, si rem ipsam libertatis non manere Concilium admitteret: quod verò, quoad rem aucteri ex illo antecedenti arbitrii nostri libertatem praefati heretici docuerint, hæresis accusatos damnatosque à Tridentino minime fuisse, patet omnino: quia, cum ea fuerit Molinæ & doctorum societatis doctrina, & præcipuum ipsius pro scientia media, & auxiliis non ab intrinseco, sed ab extrinseco efficacibus fundamentum: eaque omnia ad Sedem Apostolicam delata, auctor publicis disputationibus examinata, ac demum ea omnia, ut sanæ doctrinæ, & profus à Catholica sede eadem sit declarata: eam consequentiam ex illo antecede-

nti deductam, neque à Tridentino eis locis contra praefatos hereticos damnatam, neque erroneam esse certissimum est. Contra secundum: quia ex ipsis Partibus, qui Tridentino adfuerunt, etiam Dominicans primoribus, eam consequentiam legitimam, & irrefragabilem Patres iudicarunt: ac proinde non illam damnatam esse à Tridentino, sed vniuersim antecedens, ut certe, 3. videbimus. Tercio contra: quia, ut qu. 5. constat post Tridentinum maior longe, potiorque Theologorum pars eam consequentiam ex illo antecedenti necessariam, ac profus inuenitabilem censet. Contra quarto: quia ut quæst. 7. patet ea consequentia ex principiis naturalibus, primis, & per se notis in Philosophia, & Theologia naturali euidenter procedi, ut idcirco nesciam, an omnino verum sit, quod in re praefenti Lutherani, & Caluinistae prout ibi loco (ita e contrauerfii Catholicis accepti) iactare solent, se quidem meliores Dominicanis praefinitionibus, & praedeterminatoribus Philosophos esse: etsi hi forte sint Theologi ipsi praefantiores. Et hæc, ut prudenter, & docte Sotius noster 1. de auxil. cap. 11. n. 1. Id Thomistarum in principio illo Caluinico, & Lutheranico (ex quo agerime, ut minimum, arbitrii, & actionum nostrarum libertas defenditur) fadus, quo, vel Ecclesiae, vel Catholicorum hominum fructu initum, retentumque tandiu sit, profus ignoratur: quanto denique: cum fatentur se in antecedenti, & principio illo toto praefinitionum ex parte actus primi requisitum, & necessitantium ad opus cum in toto illo sit, & necessitas operis ex parte actus primi, & pro eodem signo omissionis impossibilitas, seu arbitrii impotentia ad omittendum praefinitum, quam heretici admittunt, & ex qua Tridentinum inferri libertatem nostri arbitrii, & consensu euerit, cum definit, eos nos libere consentire Deo ex misericordii voluntate nos excitanti, mouenti, & corda nostra tangenti, quia ei dissentire, si velimus, cumque ita mouentem, &c. abicere, absolute possumus: nescio quo pacto, fonteve consequentia, quam potius definit, ibidem damnata dici ab aduersariis possit.

7. At inquit apud ipsos totum antecedens hereticorum admitti, quoad necessitatem ex parte actus primi ad consensum praefinitionibus eius inductam; non autem quoad impotentiam ad oppositum, seu consensum praefinitionis omissionem. Mirro solutionis in terminis ipsis repugnantiam. Eo enim ipso, quod aliquid quouis signo, & modo necessarium est, pro eodem modo & signo eius contradictorium est impossibile; si statæ modulum propositionum regulæ conueniendæ, & obseruandæ sint, de quo fusc. qu. 7. Secundo: error Vvicleffi propositionibus recitatis num. 5. contentis solum necessitatem operis nostri à Deo praefinito continet, quin de impotentia pro eo signo arbitrii nostri ad eius omissionem verbum sit vilius: & tamen eius error damnatus est in Concilio Constantinensi (cell. 8. Tercio: is etiam error ut reliquorum Lutheri, & Caluini hæc in re fons, & scarutigo damnatus eis locis à Tridentino fuit. Quarto Melancton ipse in epitome moralis Philosophiae teste Ruaro cit. artic. 7. pag. 362. hanc etiam solutionem tenuit his verbis. *Necessitas est hominibus delectum, & libertatem esse, qua sibi officia legum imponunt: cum consuetudo eos aliqui posse contrarias actiones facere.* Et tamen, etiam hic potentiam ad oppositum ex parte se concessit: quia necessitatem praefinitionum suarum pro signo antecedenti ad opus non deseruit, ac retractauit, sed simul semper defendit Tridentino saluata, ab omnibus merito censetur: quia, dum ea ne necessitas non abicitur, potentia pro eo signo priori necessitas non abicitur, & subinde libertas, verum, pro quo necessitas operis est, & subinde concedi potest: ubi quidem tenus, non autem re ipsa concedi potest: ut ex modorum, quibus vtrumque componere Thomistae volunt impugnationibus cum hic, tum qu. 6. citata clarebit. Contra quinto arguo, & quartam impugnationem confuturo: quia idem Melancton Ioannis cochleii impugnationibus lib. de libero arbit. contra ipsum percussus, ut suarum praefinitionum necessitatem pro priori ad oppositum, huius libertate, & potentia arbitrii nostri ad oppositum, quam cochleii argumenta euneebant, facilius componere illam suarum praefinitionum contingentiam, & esse falsum est: sed quæ operis praefinito contingentiam, & potentiam subinde ad oppositum arbitrio nostro relinquere. Eius verba ex opere locorum communium impresso anno 1545. refert Ruardus etiam art. 7. pag. 359. in hunc

hunc modum. Non esse defendendam facalem necessitatem, sed aliquam contingentiam concedendam. Non necesse fuit Alexandrum occidere elium. Et tamen hac in materia hæreticus habetur à Tridentino damnatus: quia non omnem necessitatem pro priori naturæ abiicit, est facalem verbis negavit: quod etiam de suarum præfinitionum necessitate Thomistæ contra quos agimus respondere solent.

8. Sexta impugnatio plurimas continet, quas singulatim contra modos singulos, quibus cum præfata præfinitionum necessitate potentiam arbitri ad oppositum operis præfinit, atque ex ea præfinitione apponendi tuerentur, ut Tridentini impetum mitius excitant. Primus ipsiusque sollemnis, & (ut tenetur) tutissimus, cunctique notissimus, est ex distinctione illa sensus compositi, & diuisi, quæ si verò, quem habet sensu applicari doctrinæ suæ posset, eoque, quo ab ipsis accipitur in præfinitionibus etiam hæreticorum locum non haberet, Tridentinæ definitioni obviaret neque eius anathematismo subiacerent. Sed eam tamen Reiter. Salm. Acad. Theologiæ Antecessor Dominicanus Mag. Ioannes Vincentius manuscripto in 1. part. quæst. 19. art. 8. dub. 2. concl. 3. recte Ledesma de auxili. art. 14. §. Hæc difficultas celeberrima, his fugillatim, distinctionis sensus compositi, & diuisi in hac parte lenissima est: tota enim consistit in verbis. Dupliciter autem ea distinctio, atque ex ea solutio explicata à Thomistis fuit. Primo, ut necessitas operis præfinit, & impotentia arbitri ad eius oppositum illius necessitatis comes, sit in sensu composito præfinitionis: aut potentia ad oppositum, & proinde necessitatis consensus negatio, sit in sensu diuiso præfinitionis, seu voluntatis à præfinitione, ita Bannez 1. par. qu. 22. art. 3. dub. vult. prope. §. Ad motum, & art. 5. dub. 1. ad 7. luvelli, Cabezudo 3. par. 1. qu. 1. art. 5. qu. sua 2. Concl. 6. §. ad 12. argum. Ledesma de auxili. art. 10. §. Terria solutio, Aluarez 9. de auxili. d. 94. n. 2. & 2. responson, cap. 1. n. 30. Francisc. Davilla de auxili. c. vlt. pag. 390. Vbi sensus diuisus est, quia finitio vocationis auferatur poterit dissentire voluntas à compositis quod flante vocatione simul hæc possit resistere voluntati. Eumque esse alterum suorum Thomistarum sensum testatur Nauarrete 2. c. connotat. 21. §. 18. sub titulo, libertas voluntatis, quo etiam sensu eos refert Lorca 1. 2. r. 1. quæst. 2. §. 2. eamque sensu eodem solutionem suorum esse committunt testatur Thomistæ Cabrera 3. p. 2. qu. 18. art. 4. d. 3. n. 313. eoque Stomacho reiecit, ut merito appellari ab aduersariis errorem in fide, docuerit: quæ reuli, quoniam Thomistæ nonnulli querere dolent hunc sensu distinctionis sensum illi importum à nostris esse, cum ipsi secundo solum, mox subitendo, sensu illa fuerint vbi. Sed præter citatos legant Nauarretum suum cit. controuer. 21. §. 3. qui eam vltus est supra, ut alienam referre, scribentem de suo. Supposita præfinitione Dei necesse est quod voluntas operetur ad illud ad quem prænotetur: & non possit contingere, quod voluntas non operetur. Legant, & eius vbi proxime centorem Cabrera, qui 3. qu. 6. 1. art. 1. d. 8. §. 7. n. 121. & 130. ait, posita auxilio præfinitio in sensu composito necessario operatur voluntas, & non potest non operari. Legant iterum Francisc. Davilla citatum cap. 19. ex ipsamet motu diuina natura sit, ut voluntas non possit non velle. Et sane etiam post secundum, in quo quiescere volunt, excogitant sensum vulgaris illis ea propositio est, posita præfinitione (& quod idem est ad præfinitio) non possit voluntatem dissentire, aut non posse non esse consensus in sensu composito, siue conuinctum cum illa. Alii non posse absolute voluntatem aliquid, siue illud non posse absolute poni à voluntate in sensu illo compositum, illam omnino est, atque voluntatem non habere potentiam absolute in sensu composito ad illud apponendum, siue, ut illud ab ipsa apponatur, ut perscrutatur. qu. 7. quæritur re, hæcenus prima illa eius distinctionis explicatio, quam à Deo derectant, vniuersique falso impostam doctores, atque hæreticorum propriam, non suorum clamar Mag. Herrera Dominicanus, & Primarius Salmant. manuscripto de auxili. dub. 5. post. 6. concl. 7. reuocata à Thomistis videtur. Hæc satis pro citationum fidelitate: eius vbi explicationis sensus est, quem recte explicuit Basil. Legion. manuscripto de auxiliis anno 1613. d. 4. dub. 1. falsosque vi argumenti Thomistæ refert: scilicet dissentendi potentiam hanc esse in voluntate, si gratia

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

efficax, seu præfinitio absit, abesse, ut.

9. Hac verò distinctione, & sensu eius primo Concilij definitioni, & anathematismo, indeque efformato argumento minime satisfieri probatur primo: quia Concilij verba expressè potentiam abiicendi, & dissentendi esse in voluntate nostra Deo volenti, & misericorditer vocanti, excitanti, & tangenti cor hominis inspiratione sancta, cui de facto responderi admittendam definit, ut saluetur libertas, & negantes illam damnat: atqui cum abest Dei voluntas misericors ex eaque vocatio, excitatio, motio, tactusque cordis à Deo, non est Deus misericors voluntate mouens, vocans, excitans, tangensque cor, &c. ergo, etsi tunc adsit potentia voluntatis nostræ abiicendi Deo misericorditer vocanti, &c. non est potestas abiicendi, & dissentendi definita à Concilio: ergo, ut deur potentia dissentendi, & abiicendi definita à Concilio in voluntate necessaria ad eius in operando libertatem tuendam, Dei misericors voluntas, atque ex illa vocatio, & motio, &c. adesse debent: proinde potentia definita à Concilio in sensu composito eorum omnium concedenda est, quam quia aduersariorum præfinitiones non pariuertunt, aduersarij negant. Secundo: Nemo hæreticus ex damnatis in Tridentino, siue Vvicleffitis, siue Lutheranis, siue Calvinistis asseruit in sensu diuiso à suis præfinitionibus esse arbitrij necessitatem ad consensum præfinitum, ac subinde in potentiam ad oppositum, seu (quod eodem recidit) negauit potentiam arbitrio ad omissionem consensus præfinit, siue ad oppositum dissentium: quin expressè illam afferbant, ut videre est in opere Caluini contra Albertum Pighium lib. 4. vbi ait deficiente Dei præfinitione, & gratia omissionem consensus non solum esse à voluntate possibilem, sed pro tunc necessario futuram: quia quando sub illis voluntas non est, in modum lapidis obdurescit, & recitando loco contra secundam huius distinctionis explicationem Thomisticam hoc etiam docet: cum ergo negata ab his hæreticis potentia abiicendi, dissentendi Deo volenti consensum, & ad illum vocanti, & mouenti, non sit potentia in sensu diuiso, sed in sensu composito voluntatis, & vocationis diuinæ, hanc asserunt contra ipsos Concilij definitionem, & Anathematismo certissimum est. Contra tertio: quia potentia hæc in sensu diuiso solum est potentia, quæ esset, si abesset præfinitio, ut recte Basilii Legionensis: atqui potentia sub conditione non purificata, absoluta potentia non est: ergo ex potentia in sensu diuiso non saluatur potentia absoluta, qua nos, dum Dei voluntati, & motioni cooperamur, posse absolute dissentire, & abiicere Tridentini definitionem dicimus. Contra quarto: quia in Concilio definitur contra Caluinum, Lutherum Vvicleffum, & Assclas voluntatem Dei, & inde ortam gratiam efficacem non euertere libertatem cooperantis Deo, eiusque voluntati, & inde ortæ efficaci gratiæ, quia hæc relinquunt potentiam ad oppositum in cooperante: atqui potentia ad oppositum in sensu solum diuiso à præfinitione, & gratia efficaci non est satis ad saluandam libertatem in cooperando sub illis: ergo, non hæc, sed potentia voluntatis cooperantis præfinitioni, & gratiæ efficaci Dei, dum adsunt, siue in sensu composito illarum definita est à Tridentino. Minor probatur exemplis quam plurimis, & obuiis. Nam vinculus, & catenatus, etsi habeat potentiam ambulandi in sensu diuiso à catenis, & vinculis, non tamen ambulandi absolutam, & quæ absolute talis, & sufficiens sit, libertatem ambulandi. Item in aduersarium sententia voluntas sub visione beata non habet potentiam absolutam liberam ad amandum Deum, & sufficientem ad libertatem, sed necessitatem absolutam ad illum amandum libertati ad illud repugnantem: & tamen habet potentiam non amandi illum in sensu diuiso à visione beata: ergo, &c. ex quibus constat hæc solutione, si præstaret, posse damnatos hæreticos Tridentini damnationes ridere, seque illis minime tangi merito iactare.

10. Ob hæc à Deo perspicua secundam suæ huius distinctionis explicationem, & sensum aduersarij tandem excogitarunt: admittentes potentiam in sensu composito præfinitionis, & vocationis efficaci, quibus cooperatur, & assentitur nostra voluntas ad oppositam omissionem assensus, seu dissentium; etsi non sit potentia ad coniungendam omissionem consensus, seu dissentium cum præfinitione

K k k tione

dicatur, quod agit spiritus Dei in nobis, etiam si à seipsa nihil conferat nostra voluntas, quod à gratia Dei separatur. Ideoque memoriam tenendum, quod alibi ex Augustino citamus: frustra quodam fatagere, in hominis voluntate quidquam boni proprium, repetant: quidquid enim mixturæ ex liberi arbitrii virtute afferre student homines ad Dei gratiam, nihil aliud quam eius corruptio est. Inferius. [Etiā autem quidquid in voluntate boni est ex merito spiritus instinctu provenit: quia tamen nobis naturaliter ingentum est velle non abs re coagere dicimur, quorum laudem.] &c. Audi etiam Melancthonem apud Ruard, cit. art. 7. pag. 171. *Etiā si præsidet, Deus, & determinat contingentia, tamen ita determinat, ne modum agendi voluntatem, seu ordinationem suam rollat.* Audi & Tullium Caluinum lib. 1. c. 6. de scientia mediæ, apud Anatum in eius scientiæ defensione d. 1. ita c. 1. p. 432. respondens enim argumento de eversione libertatis. [Verum hic Soario tenimur cum vniuersa fere Dominicorum familia negantium prædeterminationem physicam libertati creaturæ damnoſam esse.] Ac statim [Respondemus physicam prædeterminationem ad agendum necessario libertati humanæ inimicam esse, non sic physicam prædeterminationem ad agendum congruentem humanæ naturæ: hoc est deliberato, & libere.] Agellius Caluinista t. 4. *Bel- lami enenari*, lib. 3. cap. 3. n. 7. hac recitat ex Aluarez. d. 3. concl. 3. *Deus per auxilium efficax gratia physica, sua ad modum causæ physica prædeterminat arbitrium creaturæ, ut libere, & infallibiliter consentiat, & cooperetur Deo excitanti, & vocanti.* Subditque illico. *Hæc sententia sic explicata est nostræ: quod repetit lib. 4. c. 3. n. 1. & lib. 4. c. 2. n. 5. atque quod attinet nihil aliud volunt nostrum, (sui Caluinista, seu contra Remonitantes) quam, quod singulariter docent Thomistæ. Deus motione præiudicis, applicat voluntatem creaturæ, ut libere, & infallibiliter operetur: sic ut applicat causas secundas, ut naturaliter operentur.* Aluarez d. 23. n. 3. quibus verborum suauibus condimentis hæc illam prædeterminationem suam necessitatem, arbitrii in potentiam ad oppositum subdole ita contextit, Melancthon ut doctissimo etiam Ruardo, fecerit fucum: quemadmodum olim Pelagius vocum etiam quarundam suauitate Pelagianæ Synodi Patribus.

13. Quoniam verò (ut sæpe hic ostendimus) impotentia ad oppositum in sensu composito præiudicis de consensu nostro necessitatem ab eis inductum eodem modo, & signo necessario comitatur, hanc verbis etiam, & distinctionibus eisdem temperare aduersarij conantur, ut potentiam absolutam ad oppositum à Tridentino statum politis, statimque præiudicis, & præiudicis suis videatur tueri. Primo aiunt necessitatem suam præiudicis inductam non esse necessitatem operandi in voluntate ex natura sua, & secundum se, & essentialia cum ipsius, tum dissensus, qui posita præiudicis non repugnat in se: ac proinde potentia seu posse absolute, quæ ampliatur terminis ad omne id, quod absolute, & in se non repugnat, locum in voluntate, cuius consensus præiudicis est, etiam cum præiudicis, & in sensu composito illius omnino habet in id tamen iuxta Aluarez d. 91. de auxil. n. 10. §. Ad 2. versu. *Secundo respondetur.* Ex quo Ioann. à S. Thom. & fere reliqui. Sed audiunt Caluinum 2. institut. cap. 16. eodem enim prorsus modo, & suam præiudicis necessitatem, & nostræ voluntatis cum illis potentiam absolutam ad oppositum præiudicis consensui faceret verbis hæc. [Interca, quod statuit Deus, sic necesse est euenire: ut tamen neque præiudicis, neque iuxta natura necessum sit: exemplum in Christi ossibus familiare occurrit: cum inducit corpus nostro simile fragilia fuisse eius ossa, nemo sanus negabit, fæpe nimirum natura: quæ tamen frangi fuit impossibile ex decreto Dei. Vnde iterum videmus non temere in scholis inuentas fuisse distinctiones de necessitate sequentiæ.] Nec sit erit addi à Thomistis indifferens iudicium rationis bonum, & malum in obiecto voluntari proponens, ut à præiudicis Caluinianis recedant, & illud liquidem omnes homines præiudicis etiam, siue factiles, siue Caluiniani cum suis præiudicis iudicium indifferens itare experimento euidenti norunt, nec infirmantur: demum Concilium potentiam ad vtrumvis

Christoph. de Ortega, de Deo Pno, Tom. I.

voluntatis non nudæ sumptæ, sed vocatæ, & prædestinatæ definiat.

14. Eis item verbis suas etiam esse duas illas Thomistarum distinctiones, quibus inductam præiudicis suis in arbitrium nostrum necessitatem actus præiudicis apponendi, & impotentiam eius ad oppositum à Tridentini definitione, & anathemate liberare, & à necessitate, & inde sub orta impotentia ad oppositum Caluinica, & Lutherana separare contendunt: scilicet necessitatis consequentiæ & non consequentiæ, & alterius absolute necessitatis, & necessitatis secundum quid; ita enim scribit ex Lemos Ioann. à S. Thom. d. 20. artic. 7. pag. 677. errasse Caluinum, quod scilicet non distinguit inter necessitatem consequentiæ tollentis libertatem, & necessitatem consequentiæ saluantis libertatem. Re autem ipsa idem valet distinctio necessitatis consequentiæ, & consequentiæ, atque necessitatis secundum quid, seu ex suppositione, & absolute in vtrorumque sensu. Absoluta quippe tantundem significat, atque natura sua, seu consequentiæ causalitate ex illa; ex suppositione verò, siue secundum quid, & consequentiæ idem atque ex aliquo extra naturam, & essentiam arbitrii supposito: ex quo liceat illatio consensus ex natura arbitrii sola, ac secundum se sumpti: quare illis duabus ex natura sua, & ex suppositione decreti Caluinus vtiut, ac insuper consequentiæ, & consequentiæ vtiut, etiam altera absoluta, & secundum quid vtiut. Sed ne aliquod verbum distinctionum, quibus Thomistæ ad suam præiudicis duriciem, verbo tenuis, emollicendam veniunt, hæreticis à Tridentino nihilominus damnatis deesse ita scripsit Melancthon in locis communibus editis anno 1536. & 38. apud Ruard, cit. artic. 7. pag. 171. verbis liquidem ex ipso recitatis n. 12. [Ceterum illa distinctio necessaria est. Necessitatum, alia est consequentiæ seu absoluta: qualis est hæc: necesse est Deum esse Deum esse bonum, iustum, &c. Alia est consequentiæ, ut oportet subverti Hierosolymam. Hæc non sunt natura sua necessitates: sed sunt immutabilia postquam decreta sunt, ut quod mortui reuiuiscant: vel quia sequuntur propter præcedentes causas: ut oportet hæreses esse.] &c. Hæc, subdit, sunt natura contingentia (quæ scilicet non ex natura, sed ex decreto, aliæ extrinseca voluntati suppositione veniunt) de consequentiæ verò necessitate ait: *libertatem voluntatis tollit: quia nimirum consequentiæ, non autem consequentiæ necessitatis libertatis inimica est.* Si ergo vera essent, quæ ex eodem Lemos scribit Ioann. à S. Thom. cit. pag. 693. Caluinus in hac materia doctrina Catholica, neque, Anathemati Tridentini obnoxia haberi omnino deberet. Ita enim ea pag. scribit, si Caluinus admitteret necessitatem consequentiæ oriam ex Dei efficaci voluntate, optime consistere cum humana libertate, non erraret, sed Catholicam doctrinam doceret. Constat liquidem ex Caluini, & Melancthonis etiam testimoniis purificatam esse ab vtroque conditionem, eodemque modo, atque Thomistæ admittere eos necessitatem consequentiæ solius, non consequentiæ ex suis præiudicis, æquumque cum illis in voluntate nostra potentiam ad oppositum, & subinde definitam à Tridentino libertatem, quam Thomistæ volunt. Mitto aliam solutionem de necessitate solius infallibilitatis commodius confutandam certamine quarto, dum Pontificum definitiones expendamus.

15. Sed præter solutiones pro argumenti ab autoritate Tridentini eis distinctionibus (quas omnes in præiudicis hæreticorum æque cadere posse, de factoque cecidisse ostendimus) à Thomistis tentatas suæ à Caluiniana doctrina differentiam aliunde designare contendunt. Primo enim ex suo Lemos ait Ioann. à S. Thom. proxime pag. 694. ipsos admittere decretum, & auxilium, non solum excitans, sicut Pelagius, nec solum mouens, sicut Caluinus; sed simul excitans, & mouens. Mitto Pelagium nullatenus admisisse decretum, & auxilium gratiæ Dei excitans, & præueniens motum voluntatis nostræ in bonum, quem ex viribus propriis supponi ad eiusmodi decretum, & Dei auxilium obstituto defendit, lypis est, ut aiunt, & Tonforibus notum. Mitto insuper inter mouere, & excitare nullam esse ex parte significati differentiam: ac subinde Caluinum, qui hoc teste decretum, & auxilium mouens admittit, totum admittit quod

Kkk 2 Tho

Thomistis vocibus, *mouens*, & *excitans*, admittunt. Sed ne vocibus quidem Thomistis defuit Caluinus. Nam 2. institut. c. 3. lect. 9. ait. *Hanc itaque in modum, & inchoat, & perficit dominus bonum opus in nobis: ut illius sit, quod in eius studium inclinatur voluntas: An non incitari, excitari, etiam vehementius, significat? Inferius autem ne syllaba una voluit à Thomistis discrepare. Bisariam Deus in electis suis operatur: intus per spiritum, extra per verbum spiritum mentes illuminando corda in iustitia amore, cultumque formando novam eos creaturam facit: verbo ad eandem renovationem expetendum, quarendam, assequendam excitat. Veroque manus sua efficaciam pro dispensationis sua modo exercit. Et Tullius Caluinita veteranus, qui obinde Sanctum Dei Caluinum appellat, apud nostrum Franciscum Annatum in defensione scientiæ mediæ d. 1. ita scribit lib. 2. contra illum cap. 6. pag. 363. *Rursus diximus auxilium esse ex* (& quod idem est præfinitio) cuius negatione definitur peccati permisso, esse prædeterminationem physicam, non moralem, licet cum morali excitatione coniungatur. Secundo ex eodem Lemos ait Ioann. à S. Thom. pag. 693. Caluinum præfinitionibus, & auxiliis suis efficacibus negasse auxilium sufficiens. Sed & hoc ex Thomistis præfinitionibus, & auxiliis inferri inferius ostendimus. Denique eadem pag. 693. aliam differentiam assignat, & commentitia illa historia & apochrypha Romanorum congregationum comprobatur. Ait enim Congregatio 38. Eminentiſſim. Cardinali Perronio obicienti dominicis Caluinum Magistrum Lemos simpliciter erroris Caluini propositione hac ad silentium vsque fecisse satis.*

16. Verba autem sunt. *Illuſtriſſime Domine ego dicam omnia, quæ Caluinus dixit in hac materia de Adam enim ante peccatum dixit habuisse libertatem; nec Deum decreuisse quid acturus esset. Vtrum propositio hæc simplicissima est, non tamen vera. Simplicissima quia pro eodem vsurpat habuisse tunc Adamum libertatem, atque eius actiones non esse à Deo decretas: quod solum contendimus, faterique proinde, nonnisi ex animi ingenuitate Thomista potest. Inde enim evidens est actionem esse à Deo decretam, ac liberam non esse, idem profus esse. Tum etiam: quia, candidioris adhuc, animi est credere adeo falsa relatione hominis, qui ea monstraret se Caluinum non ex scriptis, sed ex nomine, ac ex inscriptione, ut summum nosset, Cardinalem in eis erroribus, & libris veracissimum ad silentium vsque decipi potuisse, qui frequentibus disputationibus Caluinistas vexauerat. Sed eius propositionis falsitas constat ex Caluino 3. Institut. c. 21. & 22. ubi negat ullam reprobationis causam ex parte hominum reperiri posse, reperiri posse; sed solum esse beneplacitum Dei: cum autem ob originale reprobentur plures, quod ex Adami peccato trahitur, & contrahitur, si hoc ex Dei decreto non fuit, sed ex Adami libertate, quæ nostra etiam mortaliter fuit, iam ex parte hominum reprobationis causa daretur, neque vnica esset Dei decretum, ac beneplacitum, capite x. c. 23. sect. 5. & 6. non solum generali regula, sed speciatim de Adami peccato ex Dei præfinitione sæpe ait, frustra (cum Laurentio Valla inquit) de præfinitia lis mouetur (an necessitatem præfinitis imponat?) [Vbi constat ordinatione potius, & nura omnia penire: inficiari ergo non poterit, quin præficeret dominus, quem exitum esset habiturus homo, antequam illum conderet; Et ideo præficeret, quia decreto suo ordinavit.] Inferiuscule. [Nec absurdum videri debet, quod dico. Deum non modo primi hominis casum, & in eo posterorum ruinam præuidisset: sed arbitrio suo dispensasse.] Ac de Papitis lect. 7. [Disertis verbis hoc extare negat decretum fuisse à Deo, ut sua defensione periret Adam,] &c. [Decretum quidem horribile: fateor, inficiari tamen nemo poterit, quin præficeret Deus, quem exitum esset habiturus homo, antequam ipsum conderet: & ideo præficeret, quia decreto suo sic ordinat.] Si ergo vtrarumque præfinitionis doctrina, solutionesque omnes communes vtriusque omnino sunt: non apparet qui fieri possit Caluini præfinitiones, & similium damnatas in Tridentino fuisse; Thomisticas verò esse nihilominus indennes: & quamvis piis, adeo Catholicis, doctisque Patribus, aliquid à Caluinismo valde diuersum*

conceptum esse conſider: quid illud sit cum ab eis explicatum non sit, assequi non potui, etiam vehementer optarim.

CERTAMEN III.

Ex ipsa Hereticorum confessione, & Patribus, qui Tridentino adfuerunt, de eorum maiori cum laude scripserunt, conuenientia Thomistarum cum illis, nec non argumentis aliis expenditur.

I. Ad idem faciunt argumentum querula etiam de Annotis Caluinistarum confessio: quod scilicet, cum nihil ipsi amplius, quam Thomistæ in re hæc de præfinitionibus, & prædeterminationibus Dei ergo humanas actiones doceant, eos tamen non autem Thomistas hæreticos appellemus. Amellius Caluinita præter recitata, ex ipso cert. 1. num. 12. hæc etiam habet illo t. 4. Bellarmini enervati lib. 2. cap. 2. num. 5. apud doctum, & acutum Petrum à S. Iosepho Cisterciensem Monachum de præfinitionibus Caluinianis. [Nunquam ne hoc legit Bellarminus, nisi in Zuſſingio & Caluino Aluarez inuenerit alios d. 22. num. 7. Deus,] inquit, [eterno suo decreto, & efficacia voluntate prædeterminat omnes actus nostros in particulari ante eorum præfinitionem, & independentem ab omni scientia media libertæ cooperationis futuræ.] Et iterum: [sensu nostrorum non est alius, quam, qui à Thomistis approbatur. Hominis voluntas est quodammodo Dei instrumentum. Non purum & merum, sed liberum.] Aluarez d. 68. num. 5. Theophilus Brachius Caluinita, vulgo Milleretius lib. incipit. *Christiana paces inter Catholicos, & Evangelicos* [Caluinistas] *instituta consilium.* De prædeterminatione & donis, seu gratia Dei agens non tam, & Thomistæam his de rebus sententias sic refert, [Singularem, nec cum communem gratiæ vim apud eos, qui conuertuntur à Deo, adhibent adstruunt nonnulli ex Catholicis (Thomistæ) cum Evangelicorum plerisque; qui ab Ecclesiæ Romanæ defensionem passi sunt: quamquam hæc quidem in parte Scis Romanæ sententia præfinita, necum immutata, B. Augustini definitiones amplectens, singularis gratiæ defensionem retinere videatur. Communem verò, paremque gratiam] [enitatur, seu quoad eius intrinsecum] [cum his communem apud quos dispar interduum sequitur euentus, contendunt plerique omnes Catholicos, & Evangelicorum iam non pauci: partim ex iis, qui in Germania Lutherum Magistrum deferentes] [Mosles vocati] [ad communem Catholicorum sententiam redierunt: partim ex iis, qui in Belgio Arminium doctorem secuti Remonstrantes] [seu Arminiani] [dicti eidem sententiæ adimplantur: eamque tuentur mordicus. Vnde sit, ut inter Catholicos] [quauis in cæteris, ut plurimum, consentientes] [ma-neant acerrimæ pugne; inter eos qui D. Thomam Magistrum sequi se profitentur; & inter eos, qui vulgarem scholæ sententiam amplectuntur; in quibus hinc Reformationis, & Iesuitæ; illinc Dominiani, & Oratorij Presbyteri familiam ducunt.] Et opus, cui titulus. *Medium Christiana pacis.* Gallice impresso Latina hæc per nostrum Franciscum Annatum d. 4. cap. 4. §. 1. cum enim dixisset delenda è Tridentino, per voluntariam receptionem gratiæ, & donorum. Et illa, iuxta cuiusque dispositionem, & cooperationem: narrassetque diſidia Thomistarum, & Iesuitarum ait; [Concilium veras causas iustificationis (quod Thomistæ requirebant) assignasse, Et, quod fauer posterioribus, conclusiones reliquerit; quæ referuntur ad eorum sensum, qui boni causam inter gratiam, & voluntariam liberam diuidunt; eoque sensu verba voluntariæ receptionis, & dispositionis, & cooperationis recipiunt.] Ij verò Iesuite sunt. Addit: [Præfinitas S. Augustini definitiones aientis, diuinæ gratiæ vim in nobis operantem]

facere, vt agamus, si velimus, sed, vt velimus, atque adeo
facere, vt faciamus, tollere quiddam est veniendi, & ziza-
nionum in ea loquendi forma, quæ dispositionem propriam
& cooperationem significat. Tandem ait. [Ad anathe-
matismos, quod attinet: certe, si Tridentini Patres præ-
cisè definissent: causam iustitiæ, quæ in nobis est: & quæ
de gratia tenenda sententia præscripsissent iuxta inter-
pretationem Augustini (suam pro præfinitionibus) editi
super hac doctrina, Canones, quibus eorum anathema-
tismi continerentur, alius essent verbi concepti.

2. His porro verbis non solum Thomistarum cum
Caluinista hoc, & sociis in doctrina præfinitionum diui-
narum de humanis actionibus ostenditur conuenientia,
vt æque vtroque Tridentini, & definitionibus aduersari-
um, & tangi anathematismis confiteri: sed huius etiam
(quæ maximi oppositum referebat) sententia, canones,
& anathematismos contra præfinitores, & pro nobis
editos à Tridentino fuisse. De sua vero cum Thomistis
concordia audiendum etiam est Tuilius Caluinista. Præ-
fat. operis contra scientiam mediam egregio Theologo
Franciscano, Francisco à sancta Clara, Obicienti Caiu-
nistis, & punitis, quod prædestinatorum hæresim exci-
tarint respondet. *An non etiam vestris Dominicanis*
quippè quibus solenne est testis vestris etiam hoc no-
mine Caluinismum exprobrare. Eius operis lib. 1. digress. 3.
pag. 98. Caluiniana sua doctrina explicata ait. *Sed fac-*
ile dispense, quam minime faciat ad Pennoti palatum
ista philosophia. Multo melius conuenire poterant istam
doctrinam Dominicanis: quam cum suis Testibus, quorum
solum totus spirat. Nouariensis, &c. lib. 2. cap. 3.
pag. 444. inter ea hoc nos recitat, quod non modo Prote-
stantes huic commento (scientia mod. & confectatio-
nem) resistant: sed vniuersæ, nī fallor (fallitur vero,
vt ista ostendat) familia Dominicanorum, hoc est
Thomistarum omnium, cap. 4. pag. 451. istum tamen mo-
dum efficacia (præfinitionum, auxiliorumque ab intrin-
seco) impossibile esse crepant Iesuitæ, & libertati con-
trariam. & in aduersum crepant Dominicani. Accedunt
libri totius de sua cum Dominicanis, quo ad præfinitiones,
& præfinitiones Dei ab intrinseco efficacia conuenien-
tia, quos mira recitandus Dominicanus Campanella
commemorat. Adde ex ipso relata cert. 2. num. 12. &
fane recitandus Dominicanus Campanella quæst. 5. ve-
hementer dolet eam iniuriam à Dominicanis Angelico
Præcepto præfinitiones, & prædeterminationes de se
efficacia tribuendis irrogari, quia in eo illum faciunt
Caluino socium, & omnino concordem, Bellicensis
Episcopi. *De accessu protestantium ad Ecclesiam*
Romanam. Nuper gillo idiomate Parisiis edito, relatis
de scientia media, & prædeterminationis, ac efficacia gra-
tiae opinionibus aduersus hæc latina per nostrum Franc.
Amatum supra d. 4. cap. 4. §. 2. subdit. *Protestantes li-*
benter adingere illi parti Romanorum, in qua sunt
Thomistæ: sed in eo diuerse: quod erroris in fide par-
tem aliam accensent: quod illi ipsi Romani, quos sequun-
tur, non faciunt: quod vtramque sententiam probabi-
lim putant, donec aliud statum sit ab Ecclesia. Quæ
omnia fidem conciliant dictis Eminentissimi Cardinalis
Jacobi David Petronij, qui teste Eugenio Phyladelpho
crecit. scholastica tripartita in appendice ad Caine-
ranum §. 4. extremum pag. 338. Theophilo Raynaudo
p. 1. nouæ explicationis libertatis num. 12. §. Secunda
causa admittitur, cum vanis rumoribus apud vulgus à
Thomistis tactum videret Clementem VIII. velle præ-
finitiones, & auxilia sua ab intrinseco efficacia definire,
batur, desinere, curaturum se, vt Germania, Galliaque
filiis decreto illius subscriberent. Hoc autem Petroni,
de vtrouque concordia iudicium constans fuisse te-
dicentis, qui librum, quo cuiusmodi iudicium cultum
ad ipsum habetur, approbavit: vt bene Philadelphus ci-
tatur. Aliorum doctorum de eadem in re presentis Tho-
mistarum cum Caluinistis conuenientia præfata iudicia
merito pergo.

3. Illud autem est eorum hæreticorum in Thomi-
stis, eorumque doctrinam amoris in nostros vero, no-

stramque sententiam, & eius sequaces odium, & dicte-
ria. Petrus Molinatus in suo anatome Arminianismi,
seu partis Caluinistarum, qui cum Arminio à suo Calui-
no, quoad præfinitionem, & auxiliorum intrinsecam ef-
ficaciam, defecerunt, vbi hos cum Catholicis hac in re
confutans cap. 37. num. 3. *Qui* (Pontificij) *Pelagianis-*
mum interpolant, sicuti Arminiani Papismum. Catho-
licorum non præfinitorem, neque efficacia de se
auxilia admittentium, Pontificis Romani doctrinam, &
Papismum Caluinismo aduersum appellat, eamque Pela-
gianismi incusat. Rursus num. 12. *Notatores* (Armi-
niani) *ex Iesuitarum lacunis hausisse, nescio quas, voces*
irresistibilitatis, & irresistibilitatis, quibus ingenia im-
plicant. Tuilius etiam Caluinista de Gabriele Pennoto
ob editum propugnaculum humane libertatis beneficio
scientiæ mediæ, & voluntatis, atque auxiliorum Dei non
de se efficaciam ait cap. 27. pag. 165. *Roma degrebat*
tantum Procurator generalis ordinis sui (Canonicor,
Regular, S. Augustini) *& qui, vel in umbra deit in-*
iquitatis (ita Sedem Apostolicam nominat) *mirandum*
non est, si de mysterio illo (iniquitatis) capiat aliquid
vocat autem, cap. 28. pag. 185. Pontificem. *Antichri-*
stum qui est mysterium iniquitatis, c. 30. pag. 202. (Ne-
que mirum, curus sub umbra degit, si ab eius ingenio
non nihil hauriat.) Scientiam scilicet mediam c. 25.
miratur [res occidentis Ecclesiasticas bene, Caluinismo,
constitutas posse de nouo scientia media conueni, & la-
befactari] viget tamen hodie Pennotus inter nos, & mul-
torum manibus versatur hoc opus eius ad humanam li-
bertatem propugnandam, vel inuita gratia, delinatum.]
De Soario vero scientiæ mediæ semina in metaphysicis
iaciente ait lib. 2. digress. 2. pag. 182. [Quam me mise-
ret fortis Christianæ! dum non nisi talibus informatori-
bus vti, præsertim in studiis metaphysicis acade-
miarum nostrarum alumni ad ardua rerum, quæ lumine
naturalis progressus parcat aspirare se posse sperant!]
Operæpretium facit auguror, quilibet metaphysi-
cas illas disputationes Suarianas, tanquam Angiæ stabu-
lum, Herculeo labore purgandas in se recipiat: præ-
sertim, quæ ad veritatem Theologicam, & sacram con-
stiprandam, & defforandam tendere conperientur.]
Huius vero admirationis, & doloris causam operis
pondus in eius præfatione pendens his aperuit ve-
bis. [Aduertunt enim aduersarij, veritatis (sue Iesui-
tæ, sue Arminianæ) nisi doctrina ista de scientia media
facta, rectaque conseruetur, sententiam ipsorum de gra-
tia, & libero arbitrio stare non posse: neque nostram
ipsis aduersam posse labefactari: prodigata vero illa
sententia de scientia futurorum, quam mediam vocant,
& nostram de gratia, & libero arbitrio sententiam in-
conciliam per stare: & ipsorum oppositam nostræ rueret
vniuersum.] Et præfationis fine ait. [Prædestinatorum
hæresim à semipelagianis (Iesuitas sic nominat) fuisse
confectam. Caluinum autem Orthodoxiam Augustini
per omnes ætates comprobata, licet à nonnullis Pon-
tificis misere deformata, reuocasse illum, & integri-
tati suæ nativæ restituisse.]

4. Ex his autem dictis illa doctrinæ nostræ laus ne-
gari minime potest: quod papismus, vt hi aiebant, &
Pontificia sententia sit, ex qua Pontificiorum nomen sibi
vendicent, quicumque illam fectentur: opposita vero
doctores in suis ab hæreticis, non autem in Pontificis,
neque eius doctrina in Papismo habeatur. Secundo, non
nisi eisdem quæstis à Caluinistis Patronis (nempe Au-
gustini testimoniis fuisse, vt vidimus, intellectis) effi-
caciæ suorum auxiliorum, & præfinitionum Thomistas
hæc fundare, nostræque opposita sententiæ tandem,
quam Caluinistæ Catholicis pelagianismi, aut semipe-
lagianismi sitem imputare: quæ omnia, & singula Calui-
nistarum, & horum hac in re concordiam, haud leuiter
suadent. Mitto in idem argumentum innumera pene
alia in nos, nostræque doctrinæ sequaces eorumdem hæ-
reticorum probra. Tuilius idem lib. 1. cap. 30. scienti-
am mediam deest indam hæresim appellat, & c. 33.
pag. 119. negat. [Bestiam viliam esse Pennoto impurio-
rem, & magis irrationalem,] & digress. 5. pag. 118. esse
illum ait, [capitaneum, sub quo diabolus stipendia me-
retur.] Et si sui stupidi senex oblitus lib. 2. digress. 5.
pag. 219. scientiam mediam, quæ libertatem nostram

Pennotus propugnat [vocat dogma quolibet alio vertiginosius, Nullam esse sententiam magis infamem, magisque convincibilem. Ne diabolus quidem illius sententiae confortem esse. Neque Angelos malos ita obnutuisse;] ut sentiant nobis cum cap. 4. pag. 450. Iesuaitas vocat [primarios satellites diaboli,] pag. 451. Scientiam istam mediam, quam fingunt Iesuaita, merum potius scientiae spectrum esse, quam scientiam. [Qua in re Amesium imitatur cit. tom. 4. ubi novum commentum Iesuaitarum illam appellat. Sed pag. eadem 451. relata nostrorum de hac re cum Dominicis controuersia, ait. Conferunt obuia signa signa, pares equilas & pila minantia pilis. Sed quid dico pares Aquilas? cum, ad Theologiam scholasticam, quod attinet, ne digni quidem sint, qui eodem die nominentur cum Dominicis;] Kemnitius vero libello famoso praecipua capita Theologia Iesuaita ait. Iesuaitarum gentem Pelagianam, eosque Pelagii ab inferis excitatores esse: Quia in Tridentino interitibiles suae praedeterminatae praefinitiones nostrorum actionum fuerint ab eis confutatae teste Diego de Paiva loco citando infra num. 6. Scio autem Catholicissimis Patribus suas has à perfidis Calvinistis laudes pius sonare, quam nobis hac eorundem dictoria, quae in praecipuis nostris, nostraeque doctrinae laudibus reponimus, inviderieque nobis à piis, doctisque Patribus non dubitamus: praefertim, cum ea omnia è nostrae doctrinae cum Calviniana apertis inimicitis; Thomistica vero cum illa apparente saltem affinitate, ut federe, & concordia, orta videantur: ac proinde utriusque à Tridentino damnatae non leue argumentum inde duci possit: Eaque probra obinde nobis cum Tridentinis Patribus haereticis fecerint communia: Calvinus enim apud Thomam Mastutium lib. 2. vitæ S. Pauli cap. 6. Tridentinos Patres, ac Iesuaitas Pelagianos dicere solebat: sicut eadem de causa scholam Praesens Pelagianam vocabat 2. institut. cap. 3. §. 13. teste Horancio lib. 1. locor. Catholicor. cap. 35. quod imitatus etiam fuit Kemnitius Tridentinos Patres Pelagianismi incusans, ut refert Stapletonius 4. de iustificat. cap. 1. Lutherus item art. 36. §. Vult enim Moyses, & vniuersum Lutherani apud Turrium nostrum lib. 4. pro epist. Pontific. cap. 2. Catholicos praefinitiones, & auxilia efficacia ab intrinseco negantes Pelagianos vocabant. Quare miror Mag. Bannez, dum Iesuaitas Pelagianos vocat 1. p. quaest. 19. art. 8. §. Hæc suppositis & quaest. 23. art. 3. conclus. ult. §. Sed circa istam, & 2. 2. quaest. 10. art. 10. document. 2. non aduertisse, quantum doctrinae nostrae laudis, seu vero invidiae, & suspitionis similis apud Catholicos conciliaret.

5. Dicent forte Thomistae haereticos hosce, vel preceptoris Calvini doctrinam non calluisse, vel saltem callide, ac fide suam ad Thomistarum partes accessum simulasse: ut saepe id genus hominibus usu venit. Et haberet quidem solutio verisimilitudinem maiorem, si illam in materia praefinitionum praedeterminatarum doctrinae suae, quam volunt, & forte habebunt, à Calviniana differentiam nobis explicarent. Siquidem in haecenus assignatis nullum utriusque doctrinae discrimen subsistere videtur. Accedunt doctissimorum virorum iudicia, qui vel ex Patribus Tridentinis fuere, vel circa id temporis hac de re scripserunt, constanterque docuerunt necessitatem omnem antecedentem causalitatem actus nostri, etiam ex Dei praefinitione, & praedeterminatione eorum libertatem euertere. Et in primis venerabilis aequè, ac doctus Thomas Valdensis Carmelitus Provincial. Angliae, qui proximus ei tempore antecessit eor. 1. doctrinal. fidei contra Vitelessum iam tunc Lutheri, & Calvini haereticis hac in parte praudentem, cum aduersus eum statisset omnem necessitatem antecedentem usum libertatis nostrae eam funditus euertere, ita contra Catholicos quosdam, tunc etiam temporis suppetias Vitelesso, eiusque erroribus per in aduertentiam ferentes concludit. Periculosè ergo, ut mihi videtur, quidam magni viri necessitatem istam praecedentem ponunt in humanis operibus etiam, & quod fluat voluntate Dei. Maxime, cum in antiquis Ecclesiæ Patribus nihil consonans reperire possint, cum conantur. Magni vero illi viri sunt Dominici, ex quibus per id tempus prodit Brauardina toties à Tuisio Calvinista

laudatus praefinitiones praedeterminatas docens. Albertus etiam Pighius (qui paulo ante Tridentinum bellum Caluino libris de libero arbitrio fecit) lib. 3. & 8. praefinitionibus, ac physicis praedeterminationibus actuum liberorum sese opponit recte Ledema de u. xil. 7. & art. 2. §. Alij vero. Ruardus Tapper, vulgo decanus Louanensis Theologorum Phenix appellatus à Lindano 4. Panopliae cap. 18. aequè vnus è Tridentinis Patribus ut constat ex t. 1. praefinitionis finis. Hic igitur artic. 7. de libero arbitrio, §. Circa hoc est difficultas haec ad rem hanc inter plura, [quod autem diximus de libero usu, liberoque neglectu gratiae, quae datur ad poenitentiam: quodque ea ad ipsam, vel ut possimus, & conuerit, vel negligere etiam eam, quae ad conuerfionem est sufficiens, sic, quod ea stante non conuertamur: adeo ut in neutra parte conditionis sit necessitas, sed contingentia deficium esse videatur in Concilio Tridentino, in decretis, & canonibus de iustificatione.] Intuper à pag. 306. offendit è duobus aequali auxilio vocatis saepe vnum conuerit, alium vero vocationem respicere, Ioann. Anron. Delphinus Minorita General. è Tridentinis etiam Patribus 4. de libero arbitrio ait. [Quis enim rogo, adeo stolidus existimet voluntatem factam esse liberam, non eo tamen modo, ut voluntate vteretur, sed, ut à prima causa determinaretur ad vnum certum modum agendi: perinde atque res naturales determinantur.]

6. Doctor Louanensis Ioannes (ut ait tract. de praedestinat. titulo quorundam de praedestinatione sententia anno 1567.) duobus scilicet post Concilij abolitionem annis cum plures adhuc Tridentini Patres superessent eum tractatum edidit, in quo tit. de libero arbit. sub init. §. Ceterum quia non desunt, pag. 103. ita Patrum Concilij in eo decreto, & Canone mentem aperuit. [Ceterum quia non desunt modo homines, quauis omni pietate praediti, aliter de libero hominis assensu, dum iustificamur, quam nos sentientes: ac ideo huius aemulici Concilij clarissimam doctrinam obfcurare quodammodo conari videntur, dum aiunt. Habere hominem libertatem arbitrii, ut excitationis, admonitionisque resistere possit, sed his inspirationibus, atque monitionibus suppositis nullum resistere arbitrium. Obsecrate autem dixi, quoniam ex dicto Reuerendiss. Domini Hieronymi à Bononia sanctissimae Sedis Apostolicae Nuncij dignissimi, nec non Archiep. Complanti professoris Theologiae peritissimi, atque sacri Palatii Magistri eimij apud Carolum Imperatorem, cognomento Martimum residens, eandem opinionem in sancta Tridentina Synodo fuisse summa diligentia à Patribus discussam, & tanquam minus probabilem optimo iure perreptam, & pag. 153. Hinc compertum est, quod ob libertatem voluntatis, quacumque posita gratia, etiam ea quae facit conuerit, possumus eam negligere, & polle conuerit; licet fide fateamur omnem voluntatem bonam esse diuinitus inspiratam, pag. 162. At, ne quis miraretur posse aliquem à Patre trahi, qui non sequatur, is non intelligat appellatione tractus violentam quandam motionem (quia nihil magis repugnat Patri, quia suauiter omnia disponit, ac moderatur: nihilque magis repugnat animo nostro, quia non potest hoc modo impelli) accipi debere. Cum igitur trahentem audiamus Patrem solum intelligimus: omnes siue internas, siue externas motiones, quibus dominus vritur, ut voluntatem eius cognoscamus; ita tamen ut his auditis liberum nobis relinquantur illis, aut non assentiri, aut consentire.] Franciscus Belearius Episcop. Merensis apud R. P. Petrum à San Iosepho in suam concordia d. 4. [sect. 4. ex Tridentinis Patribus fuit, & contra praefinitiones, & praedeterminationes vniuersim scriptum in eo opere, quod mox contra Caluinum edidit. Diegus de Paria Antira eius Regum Lusitaniae perpetuus in Tridentino Theologus, magnaeque in eo autoritatis vir teste Hieronymo Osorio epist. praefixa defensionis Tridentini ab eodem Paiva editae, toto illo opere orthodoxorum explidem Paiva editae, contra Kemnitium praefertim lib. 4. omnem cationem contra Kemnitium praefertim lib. 4. omnem antecedentem usum libertatis ab eoque independentem praefinitionem praedeterminatarum voluntatis nostrae ab eaque irrefutabilem, ut libertatis nostrae patrem

refellit: testaturque prædeterminatam nostram actionem præfinitiones irresistibiles contra Kemnitium Caluinitatem à Iesuitis esse confutatas, & tanquam Augustino aduersas reiectas: quo facto libellum Kemnitij contra ipsos famulum inscriptum præcipua capitula Theologiae Iesuitæ lurrari sinit. Fuerunt autem Iesuitæ illi Patres Collegij nostri Coloniaensis, qui ex Augustino præsertim contra Kemnitium pugnant: testimonijque eidem à Paula repetitis concludit: Quæ satis ostendunt hanc Colonienfium causam tam esse cum Augustini causa coniunctam, ut illorum hostis esse nullo modo possit, qui Augustino quoque bellum non indixerit. J. Franciscus Turrianus Pontificius in Tridentino Theologus lib. 4. pro epist. Pontificæ, de decretalibus cap. 1. hanc præfinitionem diuinarum prædeterminatarum nostrarum actionum & vniuersam omnem antecedentem irresistibilem à nobis necessitatem accurata eruditione Patrum, tanquam liberatam, & obinde Tridentino aduersam confutat. Alphonsus Salmeron noster Theologus etiam in Tridentino Pontificius sicuti, & Iacobus Lainez cum aliis fere omnibus nouem S. P. N. Ignacij primis sociis aliorum Principum in eadem Synodo Theologus Kemnitium coram hac super re, vt vidimus ex Paula in ea Synodo confutauit. Atque item ex suis, & (vt creditur) Lainij præfati studiis, & scriptis editis tomis in 4. t. in Euangel. p. tract. 14. ad id va tibi Corozaim, & 1. commentar. in Paul. 1. p. d. 1. §. Quæ vero asserit, & d. 21. in cap. 8. ad Roman. §. Inferitur ergo, & hinc eandem doctrinam solito robore, & eruditione confirmat Illustriss. Hieronymus Ollorio lib. 9. de iustit. qui ad Concilium ad eundem accedens, calique impeditus, suos de hac re scriptos libros per præfatum Paulam ad Concilium misit.

8. Succedant Dominicani primores, qui eidem Concilio adfuerunt. Et in primis Magister Hieronymus Mazzellus sacri Palatii Magister numeratus à fratre Alphonsio Fernandez in catalogo Magistorum sacri Palatii, & eam, & Patrum Tridentini sententiam contra omnem necessitatem antecedentem ex præfinitione Dei, vel vndequeque, independentem ab vti arbitrij nostri libero potram dixit apud Ioannem à Bononia sub nomine Hieronymi de Bononia, vt proxime vidimus. Secundo Cathernus etiam Tridentino adfuit & lib. 1. de prædestin. apertum adeo bellum præfinitionibus, & prædeterminationibus humanorum actuum indixit, vt illum aduersarij ingenuè pro nobis, & contra ipsos esse fiteantur: vt videre est apud Ledefm. de auxil. pag. 7. & art. 2. §. Alij vero. Tertio Franciscus Romæus Dominicanorum Generalis Magister, qui teste nostro Arrudale 1. p. d. 31. cap. 3. num. 12. & citato Alphonsio Fernandez in catalogo scriptorum Dominicanorum in Tridentinis etiam Patribus fuit, tract. de liber. operum, & necessitate 8. Ita in simili super infirmis, & causalitate præficientis infallibilis Dei in opera nostra scribit. Illud non est præterendum: quod si ad antiquos Doctores te conuertas, reperias fere omnes in hanc vnam conuenisse sententiam: videlicet non ex eo, quod Deus scit aliquid futurum, ideo futurum est: sed quia futurum est Deus nouit, qui est præfatus futurorum. Atque ita Patres Ecclesiæ, & Proceres scholasticos Doctores testatur docere: & si nulloque causali illa veram futurorum in Dei præficientiam causalitatem aliquam admittimus, vt nos supra monebamur, & explicuimus, Magister Dominicanus Soto Primarius Salmantinus Caroli V. in Tridentino Theologus, & Generalis Dominicanorum locumtenens. Teste eodem Alphonsio Fernandez in catalogo scriptorum sui ordinis contra sui ordinis fratrem Aloysium Cataneum præfinitiones prædeterminatiuas humanarum actionum publica disputatione coram Tridentinis Patribus profligauit teste Petro suaui 2. historia Tridentini sub med. qui, (vt docte obseruant Paulus Leonardus 2. p. reposition. sect. 19. num. 102. ex §. 1. quævis luxata sit fide, quia in expurgatoriis indicibus proscriptus: qui tamen hominem noruit, vt pote sectariis adductum, nunquam adducitur, vt creditur illum à Iesuitis, sectariorum accerimis hostibus, gratiam inire voluisse. Insuper Sotus hic docuit 3. sum. mal. cap. 8. lect. 3. futura contingencia libera certo à

Deo cognosci vt fatentur Machin. 1. p. d. 33. sect. 2. & reliqui aduersarij: re autem vera etiam sine aliquo determinante ex parte antecedentis eorum contingentem futuritatem: cum dicat in eis non esse à conditione ad conditionatum consequentiam per necessariam illationem.

Item, vt Paulus Leonardus proxime, & Theophyl. Raynaud. de noua libert. p. 2. cap. 3. num. 21. & dist. 8. Theolog. natural. quæst. 5. art. 5. num. 346. Idem Sotus 3. Physicor. quæst. 1. art. 2. conclus. 5. propos. 4. & 5. etiam ad operationes causarum naturalium phylicam præmotionem antecedenter illis ex Dei efficaci voluntate impressam omnino superfluum, & inutilem, atque contra S. Thom. mentem & laudem à suis, nonnullis distortis eius allegationibus inductam cense: nec immerito, & si tanti Doctoris sententia fuisset reicienda. De liberarum vero causarum operationibus nullum adfuit posse principium eas ad agendum aliquid determinans, seu prædeterminans docet 1. de nat. & grat. cap. 15. (eos autem libros de nat. & grat. è Tridentina Synodo reuersus edidit) de quo cum à Dominicanis nonnullis morderetur inedita à se antea doctrinæ declaratione ab ipso adiuncta ad calcem commentariorum suorum in quartum sententiar. post dist. 50. q. v. art. 6. §. Sed libro 1. cap. 15. inter confirmandum hæc habet. Cum Deus paratissimus sit quemcumque conuertere, præsentissimæque misericordiae ex duobus vtrumque aspiet: cur iste conuertatur, & non ille, reddi non potest causa, nisi, quia vnus præbet assensum, alter non. Quidam hoc (citato loco de nat. & grat. ab ipso dictum) taxare voluerunt: dicentes, quod nimium tribuerim libero arbitrio in causa iustificationis: & tamen salua semper Ecclesiæ Catholice censura arbitror necessario sic dicendum. Et inferiuscule. Et ideo postquam dixit Christus. Ioann. 16. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui me misit traxerit eum: Subiunxit. Qui audit, & discit venit ad me. Quasi in nostra potestate sit trahenti assentire, aut dissentire. Vt autem de tanti doctoris constanti contra suorum præfinitiones, & auxilia efficacis de se, & pro nobis sententia argue contra Cataneum Tridentina pugna eundem, & victoriam, ac insuper de Patrum, & Synodi mente apertius confter recitanda erunt eius loca, quæ citat, capite ergo illo 15. ait se reuelassa defensaribus (suis vtique Dominicanis) vna voce: quod Deus quadam vi, ac necessitate nos pertrahat ad se: ita, vt in nostra conuersione merè habeamus nos passiuè, ac respicient: de quo sacrosancta Synodus Tridentina sess. 6. & c. ac iterum. [In adultis reddenda est proxima causa, cur, cum æque sit Deus paratissimus conuertere, præsentissimæque vtrumque misericordiae aspiet hunc trahat, illum non trahat? Quæ reuera reddi non potest, nisi quod alter præbet assensum, & cooperatur; alter vero minime.] Eodemque capite contra præuium suorum Dominicanorum recentium concursum, & præmotionem, seu efficaciam ab intrinseco auxilium, statuit posse esse in eo qui non conuertitur, quam in eo, qui conuertitur, maius. Quod de phylico Dei concursu intelligi nequit: cum in eo qui non conuertitur nullus, ne dum maior, concursus sit, siue præuius, siue simultaneus nostro identificatus. Et qui non magis sine nostro, quam sine se ipso esse possit: quare solum moralem concursum, & intentionalem præmotionem per vocationem esse auxilium Dei intelligit, quæ sola in non conuerso, quam in conuerso maior esse potest, & cap. 16. habet. [Sunt ergo inter scholasticos, qui docent posito concursu Dei (in quo auxilium de se efficac constituit) non esse in potestate voluntatis agere: ob idque secundo ajunt huiusmodi (concursum non connumerari inter requisita ad agendum: imo (vt sua vtatur voce) concomitari actionem ipsam. Horum autem duorum, vel vtrumque, nunquam intellexi, vel neutrum vaquam credam.] Qui enim intelligi potest Dei auxilium actionibus nostris necessario præuium non præuium, ac prærequiritum esse, aut potestatem ad alterum auferre, quam ad vtrumvis constituit? Eodem cap. 16. sub init. [Inde amplissime pater infinita eius virtus, & sapientia, quod alias causas instituit naturaliter mouere, & alias libere: & cum singulis modo proprio concurrere. Quo circa, quidquid Deus vult volun-

tate

tate absoluta, & que dicatur beneplaciti sit: iuxta illud voluntati eius, quis resistit? quando autem cum libero homine concurrat, non vult illud fieri, nisi salua humana natura, & voluntate: quæ idcirco resistere Deo potest.] Toroque illo capite, & refutat antecedentem omnem necessitatem positam omnibus requisitis à voluntate ad liberè operandum, etiam diuino concursu, prout in actu primo preparato, cum quibus omnibus ait voluntatem posse adhuc agere, & non agere alias liberam non fore.

10. Accedunt Doctores, qui vel proximè Tridentinum diligenter, & cum laude vniuersum, vel super hoc articulo interpretati sunt in quibus occurrit primus Franciscus Vega in nostris, & contra suos à Ledesma vbi supra numeratus ex lib. 13. in Tridentinum c. 13. Thomas Stapletonius in suo promptuario cathol. ser. 6. hebdom. 11. Quadrages. ad ea [vis satis fieri] ait, iam vero hoc donum Patris, quo ad Christum trahimur, non est efficax à seipsa gratia, vt Caluinus dicit; sed est efficax summæ effectum sortitur, non secus à libera voluntatis cooperatione, quam ab ipsa Dei operatione, tractu, & dono.] Illustrissim. D. Fernandus Mascarenas Algarb. Episcop. & Generalis Lusitanie Inquisitor d. 2. de auxil. p. 3. num. 9. ex Bellarmino 1. de grat. & libero arbitrio cap. 12. hæc usurpat.] Hæc opinio (prædeterminationum prædeterminationum Thomistarum recentium) videtur mihi aut esse omnino eadem cum errore Caluini, & Lutheri, aut parum ab illa distare: Nam destruit gratiam sufficientem: & simul tollit de medio liberum arbitrium.] Et p. 4. num. 21. [Vnde cum impie vellent (præfati hæretici) liberum arbitrium rem de solo titulo facere, consequenter asseruerunt: creatas voluntates physice ab illo determinari. Quia rectè sciebant ea determinatione quocumque modo admissa, tolli arbitrij libertatem.] Vnestonius de triplici hom. officio lib. 3. cap. 29. Vnde satis demerari neque eorum mentem, qui, cum summo præiudicio contra orthodoxam sententiam de libero arbitrio asserunt: gratiam Dei efficacem existere natura sua nulla ratione habita liberi arbitrij: quid aliud obsecro profanum dogma Caluini insinuat? In eodem iudicio de vtriusque prædeterminationum, & prædeterminationum physicarum Caluinistarum, & Thomistarum concordia conueniunt Ioann. de Roodaulla de prouident. & prædestinat. quest. 3. sect. 2. num. 77. Eugen. Philadelph. exercit. scholast. tripart. cap. 1. pronuntiatio 18. Thomas Pius 1. p. q. 27. art. 3. dub. 8. num. 17. A. Ruuier Augustinian. doct. Parisiens. lib. inscripto. [Caluinismus belliarum religio.] Diatriba 6. pag. 149. Fr. Petrus à San Ioseph dist. 7. de grat. sect. 1. num. 8. Fusius d. 2. & 4. de suau concord. sect. 4. Gabr. Pennor. propugnaculo humanæ libert. lib. 1. cap. 19. vbi expensis Tridentini definitione, & anathematismo Caluinicarumque, & Thomistarum in hac re doctrinis, distinctionibus, & solutionibus vtriusque communibus concludit. [Cum autem auctores dictæ responsionis hæc omnia admittebant: & in eo solum differant: quod hæretici nolunt voluntatem creatam, quæ huic substat necessitati vocari liberam: tota concertatio inter hos, & illos erit solum. An voluntas, vt huic substat necessitati, dicenda sit libera, necne? & sic tantus apparatus, & strepitus erit solum de modo loquendi.] Ex nostris vero doctoribus neminem pro hac concordia vtriusque partis, oppositione definitionibus Tridentini refero: quia omnes eisdem fere fundamentis eam euincere contra recentes Thomistas inde alitis robore contendunt. Alia fere plura aliorum de eadem concordia testimonia dabimus cert. seq. vbi Pelagianismi, aut semipelagianismi oppositionem aduersariorum retandamus.

11. Vnum tamen non omittam Dominicanum Campanellam lib. de prædest. & reprobat. à Fratre Iuliano Ioubert eius ordinis Vicario generalis in Gallia è propria & doctorum Sorbonicor. sententia probatissimo & commendatissimo opere, & quod Fr. Antonius Mallet ordinis eiusdem Magister sua censura Parisiis in colleg. S. Iacobi die 21. Iulij anno 1635. [Studioforum omnium manibus assidue teri cupit: plurimumque profuturum doctrinæ, fidei, & bonorum morum sperat.] Eo igitur libro, art. 1. ita scribit Campanella [quoniam ex D. Th.

scholasticorum Principe, putant nonnulli has ipsorum probari sententias (de prædeterminationibus & auxiliis de se efficacibus) eumque miris lacqueat modis, inuimque trahunt: & Caluinistæ iam gloriantur, typique mandant concordiam inter D. Thom. & Caluinum: statim ex dictis D. Thomæ Iohis, qui ex cunctorum doctorum alibi processibus, procedere ad inductionem errorum, ac proinde eandem efficere Thomisticam aduersus Pseudo Thomistas, veluti, Sanctiss. Domino Pap. Urbano VIII. dum valde anxietate, pollicentur eam, ac simul Christianissimæ Maiestatis Oratori Comiti de Brassac: qui se aliunde non posse respondere Hugonotis, neque nostratibus (qui etiam volentes, fauent hæreticis) nisi ex opusculo isto, & altero, quod eius nomine super caput 9. ad Roman. scripseram. Et de hoc sæpe consulti Romæ Summum Pontificem, & consolatus est (vt restatur) sicut ego: quia ab aliis Theologis in desperationem agebatur. Ad idem me quoque doctissimus Cardinal. Scallia aliquando ammauit: putans sic intellectum D. Thom. infringere posse, ne dum hæreticorum, sed nostrorum quoque sophistarum technas vniuersas, nostratibus quoque satis faciendum fuit, vt à S. Doctoris penu arma subministrarem, vnde hostes sibi auxilium, nostrorum in curia, pollicentur. Idque à me poposcere: quamplurimè præcipue veritatis amatores Dominicani, & Minimi, & Clerici, & Viri Principes Romani, præsertim Columenenses, id satagerunt. Sed inter Magistros præcipue P. Colmas Marellus doctrina, & probitate insignis Inquisitor hæreticæ prauitatis multo tempore in Colonia Agrippina: dicens se non potuisse abique hac doctrina Caluinistis respondere. Similiter Magister Augustinus Russus Dominicanus Regens studij Panormitani, & P. Forest eius socius, & Dominus Simon Rausseum, quibus huius libelli copiam feci, & olim Magister Scaphinus Rualdus, postea Episcopus sæpè à me hoc opus, vel pro D. Thomæ honore, postulat: quod iuxta Comitis de Brassac desiderium expositioni capitis 9. ad Roman. connectendum volumus.

12. Huius Doctoris testimonium (etsi alias eius in Principem suum fides nutaris) exceptione omni maius est, sicuti & Ioannis Gonzalez Albelda, qui publicis disputationibus de auxiliis Romæ pro suis aditit Dominicanis. Et tamen 1. p. q. 19. d. 8. sect. 2. n. 10. de suorum nobis aduersa sententia ait: [quod eorum sententia destruat arbitrij libertas, nec saluetur veritas definitionis Tridentinæ.] Ioannes Vincentius Magister etiam Dominicanus, Vespertine Cathedre Salmantinae moderator (teste Ledesma de auxil. pag. 228. 235. 290. 415.) docet communem suorum recentiorum sententiam de prædeterminationibus cum verbis Tridentini concilij non posse. Ex quibus omnibus liquet primo. Quo iure R. Fr. Petrus à S. Iosepho d. 4. de suau concord. sect. 4. num. 5. dixerit. Si igitur coniecturæ agere liceat: ex scriptis illorum, qui ad Concilium Tridentinum conuenerunt, venari mentem ipsius Concilij, nemo non videt, hoc argumenti genere nobis suppeditari quam plurima ad debellandam prædeterminationem physicam, atque adeo ad scientiam conditionatam statiliendam. Siquidem doctrinæ huius Thomisticæ cum Caluiniana concientia, & conclusionis, & authoritatis, & argumentorum communium, quibus vtriusque traditur, & obiectionibus, quibus ab vtriusque nostra impetitur graui coniectura videtur ostendi. Quoad vero Tridentinæ definitionis, & anathematismi contra vtriusque mentem ex iis, qui eo Concilio additæ patribus plus duodecim, qui scripta sua typis, ac prelo postea subdidere, pro nostra Concilij intelligentia producti à nobis sunt: cum eius conditionis nullus Doctor ab aduersariis proferri possit, satis videatur fortasse demonstrari. Ex eis vero Doctoribus, qui ea Concilij loca ex instituto interpretati sunt multo plures ex Dominicanis ipsis Primoribus pro eadem nostra eorumdem locorum interpretatione recitauimus. [Vt mirum (pergit continuo author idem) sit aduersarios ad tantam rationum inopiam redactos esse, vt ab ipsomet Concilio Tridentino (quod nihilominus sonat quam prædeterminationem physicam) præsidium aliquod, & auxiliares conpias emendicare cogantur.] Vt cert. 4. iam videmus.

CERTA

CERTAMEN IV.

Reliqua ex Tridentino expenduntur, & que ex illo ab aduersariis obieciuntur, diluuntur.

1. Prefato capite 6. & canone 4. recitatis cert. 1. n. 1. expenditur cert. 2. dicitur: hominis adulti arbitrium in sua conversione & iustificationis negotio actiue propriè, nec solum mere passiuè se habere: atqui agere propriè dicit operari non vicumque, sed cum potestate non operandi, seu operandi oppositum vt constat ex cert. 1. a. n. 2. quod locum non habet cum his præfinitionibus: ergo &c. His testimoniis affinis est canon 32. eiusdem sessionis 6. cum illis recitatus, qui sic habet. [Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita; aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo, per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum (cuius vitam membrum est) sunt non bene mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tantum in gratia decesserit) consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema sit.] Huius autem canonis doctrina adeo connexa est, cum doctrina capitis 6. & canonis 4. vt neutra sine altera valeat persistere. Meritum enim sine libertate eius, qui operatur esse nequit: libertas autem illius sine potestate ad vitium extremum, dum alterum operatur esse non potest. Posita vero potestas independentè à nostræ libertatis, & potestatis indifferentis vsu, & exercitio præfinitione de se, essentiali quæ sua connexa cum præfinito opere non est potestas ad oppositum, quare neque ad opus ipsum apponendum libertas, ac subinde, neque in eo meritum vllum. Secundo eius est in operando meritum, aut demeritum, cuius est determinatio ad operandum: At postea præfinitione prædeterminatiua humanarum actionum à Deo, determinatio ad operandum, non quidem hominum, sed Dei solus est: ergo neque hominum sed Dei potius est meritum, aut demeritum in nostris operationibus. Hoc argumentum & est Patrum recitatorum q. 1. & 2. q. 6. eundem à ratione fieri.

2. Exat etiam contra præfinitores hosce canon 33. seu vitimus sell. eiusdem 6. [Si quis dixerit per hanc doctrinam Catholicam de nostra iustificatione à sancta Synodo hoc præfinito decreto expressam, (scilicet de participatione concursus, & operationis liberæ, ac determinationis in nostra à peccato ad iustitiam conversione inter Deum vocantem, auxiliantem, ac mouentem, atque hominem ad sui conversionem annuentem) aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi Domini nostri derogari, & non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique, ac Christi Iesu gloriam illustrari, anathema sit.] Is autem canon cum editus contra Caluinistas, & Lutheranos fuerit, qui, ex partitione operis inter Deum misericordiam suam voluntate nos ad bonum excitantem, premouentem, vocantem, auxiliantem, adiuuantem, & coadiuantem, seu cooperantem, & nostram voluntatem determinatione sua annuentem, & cooperantem gloriæ Dei, & gratiæ ipsius, his derogari iudicabant: contra eodem modo iudicantes præfinitores prædeterminatiuos Thomistas recentes eodem robore procedit.

3. Quintus locus Tridentini contra Thomisticas præfinitiones prædeterminatiuas nostrarum actionum est canon 22. eiusdem sessionis 6. [Si quis dixerit iustificationem, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perferre posse (vt aiebant nimirum Pelagiani) vel eum eo non posse, anathema sit.] Extrema hæc canonis præfinitiones impugnat. Sic ostendit. Quia in hac parte definitur speciale, & indebitum naturæ, & voluntati iustorum auxilium Dei sufficiens igniuit omnibus ad accepta perferre: atqui si præfinitiones istæ sint necessaria, & essentialia principia ad perseverandum, non

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

erit in iis, qui non perseverant in iustitia, auxilium Dei sufficiens, quo absolute possint in ea perseverare: ergo præfinitiones istæ præfinito canonis aduersantur. Minor probatur: quia sublato essentiali principio ad perseverandum non est potestas absoluta, seu virtus sufficiens ad perseverandum: sed iis, qui non perseverant de facto, deficit præfinitio prædeterminatiua, ac subinde prædeterminatio, quæ est essentialis principium ad perseverandum: ergo in eis non est absoluta potestas, seu virtus sufficiens ad perseverandum. Id quod fufius q. 6. à ratione perlequemur. Minor est in aduersariorum doctrina indubitabilis; alioqui posset coniungi cum præfinitione prædeterminatiua perseverantiæ, in iustitia, (quæ sola per hosce speciale Dei auxilium est) negatio perseverantiæ, ac potestas simulatis, & coniungendi vtramque, præfinitionem scilicet, & negationem effectus præfinito; quod aduersarij execrantur. Item præfinitio non esset entitate, & essentialia sua connexa cum effectu præfinito: siquidem absolute eo effectu in seipsa posset persistere.

4. Idem argumentum efformatur contra eiusmodi præfinitiones prædeterminatiuas ex canone 17. sessionis eiusdem, vbi dicitur. [Si quis iustificationis gratiam non nisi prædeterminatis ad vitam contingere dixerit; reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere vt potestate diuina potestate prædeterminatis ad malum: anathema sit.] Duo enim hic definiuntur. Primum non dari auxilium sufficiens non prædeterminatis, seu præfinitis ad perseverantiæ, & salutem per illam obinendam. Quod ex doctrina aduersariorum necessario videtur discursu proximo inferri. Secundum prædeterminari, seu præfinitum homines ad malum cuius damnatio ad quæst. 6. spectat: sed ea tamen doctrina in principiis, quibus præfinitio, aut determinatio diuina necessaria ad actionem nostram bonam à Thomistis probatur omnino continetur. Et huic quidem argumento de negatione auxilij sufficiens in non consentiente à Tridentino damnata, atque à Thomistis præfinitotibus, & prædeterminatoribus admittenda, ægius solutiones illæ de sensu composito, & diuiso, etiam in secundo sensu de simulate potestate, licet non potentia simulatis, ad quem iam Thomistæ omnes se recipere accommodari potest: cum sine omnibus principiis essentialibus, ex quibus principium, seu potentia adequata totalis, atque absolute talis essentialiter constituitur, potentia ad actum non præfinitum absolute esse non possit, absente præfinitione, quæ essentialis principium partiale adequatam, & absolutam potentiam ad illum constituit per aduersarios est: quare nec similitas potentia ad illum, & eius oppositum assignari ab ipsis potest: ac subinde nec principium, aut auxilium ad illum sufficiens.

5. Denique obseruandum, pro horum argumentorum, quæ ex Tridentino deduximus confirmatione, eorum omnium sensum, & robur definitionibus Innocentij, & Alexandri VII. confirmatum, & definitum videri. Dum enim propositiones Cornelij Iansenij ad rem præsentem attinentes condemnantur hæreticæ & damnatas declaramus, & vt tales damnamus. Cum autem propositiones illæ sint Caluiniæ, & quæ sensum, & solutiones omnes Thomisticas memoratas, satisque iam tunc notas capiant, & sub vocibus, & terminis, quibus ex omnes solutiones, & sensus Thomistarum continent damnata dicuntur: scilicet recitatis, & expensis à nobis Tridentini locis: eis cunctis Thomisticas præfinitiones, & prædeterminationes Tridentina hæc fulmina declinare non potuisse videntur. Verum & si ita hæc habeant, vt vidimus, neque ingenio nostro discrimen vtrarumque præfinitionum, & doctrinarum in hac re Thomistica, & Nouatorum, quominus altera à Tridentino, non autem altera damnetur, satis clareat: fraternus tamen amor, ac de sinceritate fidei aduersariorum æstimatio credere nos facit eorum à Caluinistis differentiam in re præfinito, quem non videmus. An vero ex decretis etiam Pontificis de abstinentia à censuris alterutrius partis iudicium nostrates, & censuram aduersæ reticere teneantur post damnationes propositionum Cornelij Iansenij cert. 5. proponemus.

6. Hinc primæ obiectioni aduersariorum Tridentino, seu potius eleuationi auctoritatum, quas ex ipso hæcenus produximus, & expendimus, occurrere facile possumus.

possumus. Rogant enim iam pridem aduersarii apud Petrum à S. Ioseph. loco citato cert. 3. n. 12. vt, vel vnus, ex Tridentinis Patribus, qui de his rebus typis mandavit, & contra præfinitiones, & auxilia ab intrinseco efficacia sententiam duxerit, proferatur. Amplius enim duodecim Tridentinos Patres recensimus, ac recitamus, atque in eis Dominicanos eius ætatis Primores, qui contra suorum præfinitiones, & auxilia ab intrinseco efficacia, sententiam ex mente etiam Tridentini, cui adfuerunt, euulgauerunt. Mirantur insuper disceat Carmelitani Salmanticenses, nihil de efficacia voluntatis, & auxiliorum Dei ab extrinseco nostro consensu, atque inde ex cogitata scientia media, qua, & prædestinationis, efficacia auxilij infallibilitas, & infirmitas cum nostra libertate adeo facile componi videntur, à Concilio Tridentino statutum imo, ne memoratum quidem, contra libertatis nostræ acerrimos è Dei voluntate, & gratia impugnatores, tunc fuisse: [Credibile enim non est (si ea solida esset eius controuersie compolitio) voluisse spiritum sanctum Patribus Concilij tam validum, & potens subterfugere remedium, quod, non nihil postea, Molinæ aperuit.] Alias inelamat fidenter Ioann. à S. Thoma 1. p. d. 20. art. 6. §. Denique, pag. 688. *ubi id dixerit Concilium?* [Vbi de scientia locutum fuit? ubi efficaciam gratiæ, & decreti diuini ex natura sua denegauerit? Et quomodo autem non omnes statim obuiis vniuersis doctrinam hanc (nostram de efficacia solum ab extrinseco, ac scientia media) in Tridentino contentam amplexati fuerint?] Sed cum citatis Tridentinis locis prædestinatio Dei, & auxilium ab intrinseco efficacia reiciatur, damnando negantes non posse nos illud abiicere, eive pro arbitrio dissentire nostro, ac proinde definiendo ipsi posse nos dissentire, si velimus, illudque abiicere (quod definitio est prædestinationis, & auxilij, seu motionis Dei, non ab intrinseco, sed solum ab extrinseco nostro consensu efficacia) dedimus sanè facile, quod à Deo anxij in Tridentino tandiu aduersarii quæritabant.

7. Et demeriti quidem oblitos hosce admirabundos interrogatores non possumus. Cum enim id, quod nobis, vel semel, modestum accidit, memoria solet nunquam excidere: atque eis Tridentini testimoniis non semel, aut iterum, sed sæpe quotidie, ac semper à controuersie huius exordio aduersarii præfati molestissime à nostris vexentur: non quidem admirationi solum, sed miraculo habendum merito videatur, adeo ea testimonia memoria aduersariis excidisse, vt quasi de re prorsus ignota informari ab alijs tantopere desiderent. Dubia item illa interrogatio postrema otiosa, inutilis, ac fors imprudens, & rogantibus iniuria est. Vidimus enim Tridentinos Patres, qui post Concilium impresterunt doctrinam hanc nostram obuiis vt dicitur, vniuersis fuisse amplexatos: videbimusque quæstione sequenti ab scholis, Academicis, religiosis familiis, & Theologis ferè vniuersis, qui typis mandarunt, summa esse cum laude receptam. Pro paucis vero Thomistis scriptoribus, qui eam non receperunt, facile respondebimus, si ipsi nobis prius responderint. Cur à Tridentino vehementer, vt minimum, infirmam, & commendatam Beatissimæ, ac supremæ Matris Virginis ab originali labe immunitatem ab vniuersa reliquorum fidelium (etiam familie sue Procerum) Ecclesia iam diu propugnata, à Summis Pontificibus, & præcipue definibilem pauculi, nec supremæ notæ Dominici, non recipiant? Idem enim æstimo resistentiæ vniuersæ consilium, rationem, & motuum eosdem causaturos. Nisi quod pro Mariana immunitate deneganda D. Thomæ in alijs (quæ iam diu absunt) circumstantiis alicubi loquentis autoritate se protegent, in resistentia vero prædestinationi, & auxilio, solummodo ab extrinseco nostro libero consensu efficacia, & infallibiliter effectum habituro, omnis prorsus eos autoritas Angelici Præceptoris destituit, vt quærit sequenti ostendimus. Et sanè minus prudenter, & cautè ratio alieni facti ab illis quæri videtur: qui id contra omnem omnino rationem fieri, factumque esse, tot validis argumentis contendunt.

8. Sed acciunt tamen sese, vt nos ex Tridentini locis ipsis datis in hunc imperant modum. Tridentinum eis locis damnat doctrinam, seu errorem Caluini Lutheri, & sequacium: atqui horum error erat ex commu-

nibus ipsis cum Thomistis præfinitionibus, & prædeterminationibus nostrarum actionum, earum libertatem, non voce solum, sed re ipsa aboleri: ergo Tridentinum: eis locis damnat asserentes ex præfinitionibus, & prædeterminationibus communibus Caluinistis, & Thomistis nostrarum actionum earum, tam re, quam nomine aboleri libertatem vt nos contendimus. Huius argumento, si teneret, eam deberemus referre gratiam: quod nos ab omni Pelagianismi, aut semipelagianismi vniuersi hactenus à Thomistis imputati suspicione liberaret: siquidem Caluini, & pelagij, & reliquorum hac in parte errores sibi immediate contradiere, adeo est notum, vt vterque in eundem hominem, non omnino vecordem, stupidum, ne dum in vnam eandemque propositionem, & sententiam nostram, cadere nequeat. Secundo recitatos duodecim Tridentinos Patres, & ferè omnes Ecclesiæ Catholicæ Academiæ, & Theologos primores, quos partim cum Tridentinis dedimus cert. 3. partim sequenti q. recitabimus, imo & Ecclesiæ Patres recitatos duobus totis præcedentibus quæstionibus, & Concilia insuper, & Pontificis definitionibus cert. 5. producentes, magno hæreticorum plausu faceret Caluinistas. Ij siquidem omnes vniuersim ex necessitate omni antecedenti natura humanas actiones, & si à Deo, eiusque prædeterminatione, præscientiæ, aut decreto inducta, earum libertatem euerit constanter docent. Sed cerè nihil argumentum probat: quia nosissimè falsum innotuit. Non enim Lutheri, Caluini, & sequacium error fuit, quod ex præfinitionibus, & prædeterminationibus ad vnum in nostram voluntatem à Deo proximior naturæ inducta euerteretur voluntatis nostræ libertas: in eo enim ex discursu fors euidens, ac cerè Patribus omnibus Philosophis, & Theologis cunctis (si Thomistæ excipias, qui in eo, vt cumque eludendo, tandiu laborant, & hærent) vt non concludere, mysterium esse velint? probatissimo: quare citra errorem, eiusque periculum processerunt. Fuit autem eorum error, quod ex parte antecedentis ad voluntatis operationem ea principia suis præfinitionibus, & prædeterminationibus (quas obinde Catholicorum eadem, & si ipsi fateantur, esse nollem) ad operandum determinantia, & necessitantia (latuerint, vt eis positus absolute non possit voluntas dissentiri, si velit, eade abiicere reuocando: quibus solummodo verbis rem libertatis à se definitæ, & à Caluino damnatæ suis præfinitionibus negat Concilium expressit.

9. Vltimo hic opponendus nobis, ex eundemque effect Pelagianismus, aut semipelagianismus saltem, ne eorum errorum à nostra sententia diuersitatem ostendissimus cum futuritionem conditionatam ante decretum vilius Dei actuale absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti statuabamus: quia determinationem arbitrij nostri ad operandum non ita à nobis esse dicimus, vt omnino à nobis, seu ex naturæ nostræ debitis abique Dei misericordi voluntate, & gratiæ auxilio præueniente, excitante, & cooperante sit, esse possit: vt de omnibus determinationibus ad bonum Pelagiani, de aliquibus autem semipelagiani aiebant, quæ doctrina nostra, eiusque ab eis erroribus diuersitate explicata Odoardus Vveslominus 3. de triplici hom. offic. c. 19. [§. Postremo illa gratia, aut, ubi iam Pelagianismus, quem nostris partibus affingunt? Vtinam ita illi Caluinum respuerint, vt nos Pelagium R. Petrus à S. Ioseph. præfat. tract. de grat. diuina. (Certè sententia, quam propugnauimus, esset Pelagiana non tantum non pauci doctrina, & virtute conspicui, item propè infirmitas recensendi essent: quod quibus sibi, amabo te, persuasum fore valeat. Porius fortasse timendum erit, ne ij, qui tam illud virorum doctrinam erroris infirmant, Pelagianam Charibidem vitare cupientes, in Seyllam Lutherianam, aut Caluinisticam incutere incendant.] Et ab hac quidem obiectione suæ, & nostræ huius doctrinæ causam præstamus n. 2. Alia, quæ ex difficultate conciliandi cum prædeterminationis certitudine, & infallibilitate nostram libertatem à Patribus asserta, quæ hac nostra sententia videtur omnino euacuari, similibusque alijs obiectis poterant, commodus q. 6. diluuntur. Hac vero quæstione, & si, quæ ab alijs dicta retulimus, Caluinistis aduersarios notare videantur.

videantur eorum censuris omnino abstinemus: ea enim solummodo adduximus, atque argumenta, quæ id suadere videntur toto suo robore intrinsecus, vt videant, qui hæc legerint, non adeo stupide, atque Ioann. à sancto Thoma aiebat, Thomistis Caluiniſmum à noſtris opponi.

CERTAMEN V.

Ex reliquis Conciliorum, & Pontificum definitionibus præſcriptiones Thomiſtice ablegantur.

1. Definitionibus Tridentini contra Thomiſticas humanorum actuum prædeterminationis præſcriptiones pugnant hæcenus: aliis iam Conciliorum, & Pontificum definitionibus, & decretis certandum. Et primo Concilium Conſtantiæ ſeſſ. 8. inter propoſitiones quadragintaquæque peſtiferi hæreſarchæ Ioannis Vviedæ, de Anglia, vti hæreticas, erroneas, ſeditioſas, ſcandalolâs, damnandas, ac de facto ibi ab eodem Concilio damnatas, vigintiſimam ſeptimam ſic propoſuit. *Omnia de neceſſitate abſoluta eveniunt.* Cum autem ea propoſitio expreſſis ſcripturæ teſtimoniis de noſtrarum actionum contingentia, & libertate contradicatur, illa quidem ſub prima hæreſis cenſura continetur: Ea vero propoſitio eadem eſt cum Lutherana, & Caluiniſtice de neceſſitate ex Dei præſcriptione, & prædeterminatione proveniente, ex qua ſolum neceſſitatem illam abſolutam omnium Vviedæſis aſſeruit, vt Lutherus ſuprà recitatus cert. 2. n. 4. ſed hæc eandem eſſe ſuam fateatur Thomiſtæ, qui in antecedenti præſcriptionum, & prædeterminationum, & neceſſitatis in actu primo operandi præſcriptionum, & prædeterminationum extremum per eas in noſtram voluntatem inducitur cum Caluiniſtis, & Lutheranis convenire ſibi aſſerunt: & ſi in negata inde libertatis noſtræ (quod hi hæretici admittunt, recentes vero Thomiſtæ negant) diſſerte teſtentur, vt vidimus locis citatis cert. 2. ergo ea ipſa præſcriptionum, & prædeterminationum Thomiſticarum doctrina, & neceſſitas hæreſis damnata à Concilio Conſtantiæ fuit. Eſt autem de authoritate damnationis huius eſſe ſeſſ. 8. prolata dubitari, vtrumque poſſet: quod eius ſeſſionis tempore triam Papatus in Eccleſia eſſet. Scilicet D. Petri de Luna dicti Benedicte XII. Ioannis XXIII. & Gregorii XII. nuncupatorum: & ſub Ioanne ea ſeſſio habita: nec tunc ab ipſo approbata nec abrogata poſtea ipſi per Concilium, atque ab ipſo Ioanne abdicato à ſe Pontificatu, fuerit approbata: verum cum poſtmodum Gregorius XII. apud idem Concilium per Legatos ſuos Pontificatum depoſuerit, & Concilium in Benedicte contumaciam animaduertens ſeruata iuris forma in cauſæ cognitione ſententia lata: ipſum Pontificatu depulſiſſet Martinus V. ſummum omnium conſenſu electus, & promulgatus eſt, qui anno 1418. decimo Kalendas Maij quo die Concilium ſoluſiſſet, eam damnationem relatis ſingulis Vviedæſis propoſitionibus Pontificia ſua authoritate confirmauit.

2. Extant autem contra prædeterminationis hæſce præſcriptiones antecedentia cauſalitatis, & naturæ nos ad vnum efficiendum determinantes in Concilio Senonenſi contra hos Lutheri errores paulo ante Tridentinum coacto teſtimonia præſentia: quod, licet provinciale fuerit, magnæ tamen apud Catholicam Eccleſiam authoritatis extitit ſemper: fuit enim habitum Pacificis à die 3. Februarij, anno 1527. ad 9. Octobris 1528. Præſide Eminentiſſ. D. D. Antonio Prato Cardinali de S. Anaſtaſia Senonenſis Archiep. Germaniæ, & Galliæ Primatis aſſiſtantibus ſuffraganeis, multiſque diuini, & humani iuris interpretibus, vti et ceteris eius locis conſtat. In eius præſatione ita habetur. [Debetur certe Lutherus ex Apolto noſſe ita neceſſariam eſſe diuinam gratiam ad bene operandum, vt Teſtis liquidem eſt Apoltolus diuinam gratiam in ſe vauit, non fuiſſe.] 1. Corinth. 15. Cum abundantius, inquit, laboraui; non ego autem, ſed gratia Dei mecum: vtrumque nimirum alteri connectens Apoltolus, noluit

liberum arbitrium otio torpeſcere cum Manichæo; & arrogantiam deuians Pelagij, ſic cooperationem tribuit libero arbitrio, vt ex ſe tamen, & citra diuinæ gratiæ munus ſufficere non poſſit ad ſalutem. Non alius, ſed eſſdem omnino verbis (quæ etiam Auguſtini, & aliorum ſuprà recitarorum Patrum ſunt) noſtram contra prædeterminationis præſcriptiones omnes doctrinam proponimus, & explicamus. Et, licet præſcriptio illa definitionis vim non habeat; aſt, cum ex iis, quæ Concilio, eiſque Patribus, tum ex animantibus, tum iis de rebus definitis ſcripta fuerit ſententia de re hac, & Patrum, & Concilij exceptione omni maius teſtimonium eſt, ſed Concilium ipſum decreto 15. ex decretis fidei, quod eſt de libero arbitrio, ſic habet. [Nec denique tale ſit huiusmodi trahentis Dei auxilium, cui reſiſti non poſſit. Quoties enim Dominus voluit congregare filios Hieruſalem, ſicut gallina congregat filios ſuos ſub aliis, & noluerunt? Fruſtra certe Stephanus Iudeos dura ceruicis, & in circumciſi cordis arguebat, qui ſemper ſpiritu ſancto reſiſterent. Fruſtra Paulus Theſſalonicenſes admoneret, ſpiritum ne exinguerent: ſi diuini inſpirationibus homines inuitabiliter raperentur. Trahit quidem Deus; ſed in eius odorem currimus, non vi, non vico raptramur.] Cum autem reſiſtentia auxilij, & voluntati Dei, quæ actu non ſit, eſſe nequeat, in ſenſu compoſito illius diuinæ voluntatis, & auxilij, quo Deus nos trahit, poſſe nos reſiſtere renuendo per conſenſus negationem, Concilium definit. Nec recurſus ad Dei trahentis auxilium, ſecundum ſuam ſolum entitatem conſideratum, non autem, vt ſub eſt voluntati diuinæ trahendi nos (quomodo reſiſti nequeat, vt ait Aluarez 9. de auxilij. d. 93. n. 2. & 3.) eſſe poſſit, quia hoc decreto non entitatis auxilij tantummodo, ſed voluntatis etiam diuinæ congregandi nos, ſicut gallina filios ſuos ſub aliis expreſſa ſit mentio. Reliquæ ſolutiones tentatæ ab aduerſariis ad loca Tridentini præoccupatæ iam ſunt cert. 2. & à ratione q. 6. vberius, ac planius & plenius reſciuntur.

3. Veniamus tandem ad vrgentiſſimas definitiones, & damnationes quinque propoſitionum Cornelij Lanſenij Episcopii Ipreſis ex libro inſcripto *Auguſtiniſmus*. Ab Innocentio X. primum editas, ac poſtmodum ab eiſdem ſuccellore Domino noſtro Alexandro VII. confirmatas. Prioris de eis damnationibus decretum eſt huiusmodi. [Innocentius Episcopos ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis in Chriſto fidelibus ſalutem, & Apoltolicam benedictionem. Cum occasione impreſſionis libri, cui titulus, Auguſtiniſmus Cornelij Lanſenij Episcopii Ipreſis, inter alias eius opinionones orta fuerit, præſertim in Gallis conuerſa ſuper quinque ex illis, complures Galliarum Episcopii apud nos inſiſterunt, vt eadem propoſitiones nobis oblatas expendere, ac de vnaquaque earum certam, ac perſpicuam ferreſſent ſententiam. Tenor autem præſentium propoſitionum eſt proſequitur. Prima, aliqua Dei præcepta hominibus iuſtis volentibus, & conantibus, ſecundum præſentes, quas habent, vires, ſunt impoſſibilia: deſt quoque illis gratia, qua poſſibilia ſiant. Secunda interiori gratiæ in natura lapſa nunquam reſiſtitur. Tertia ad merendum, & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur libertas à neceſſitate ſed ſufficit libertas à coactione. Quarta: Semi-pelagiani admittere præuenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, & in hoc erant hæretici: quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare. Quinta, Semi-pelagianum eſt dicere Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fuſiſſe. Nos, (quibus inter multiplices curas, quæ animum noſtrum aſſidue pulſant, illa in primis cordi eſt, vt Eccleſia Dei nobis ex alto commiſſa purgatis præuarum opinionum erroribus tuto militare, & tanquam naui in tranquillo mari, ſedatis omnium tempeſtatum fluctibus, ac pro cellis ſenire navigare, & ad optatum ſalutis portum peruenire poſſit) pro rei grauitate coram aliquibus Rom. Eccleſiæ Cardinalibus ad id ſpecialiter ſæpius congregatis à pluribus in ſacra Theologia Magiſtris eadem quinque propoſitiones, vt ſuprà nobis oblatas, fecimus ſingulatim diligenter examinari; corſusque ſuffragia, tum voce, tſi ſcripto ſclara mature conſiderauimus: eoſdemque Magiſtros variis coram nobis actis congregationibus prolixè ſuper eiſdem, ac ſuper earum qualibet diſſerètes audiuiſſus. Cui autem ab initio huiusmodi diſcuſſionis ad diuinum implorandū auxilij multorum

Christi fidelem preces, tum priuatum, tum publice indiximus; postmodum iteratis eisdem feruentius, ac per nos follicite implorata sancti spiritus assilientia, tandem diuino numine fauente ad infra scriptam deuenimus declarationem, & definitionem. Primam prædictam propositionum. Aliqua Dei præcepta, &c. temerariam, impiam, blasphemam anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & vi talem, damnamus. Secundam interiori gratiæ, &c. hæreticam declaramus, & vi talem damnamus. Tertiam ad merendum, & demerendum, &c. hæreticam declaramus, & vi talem damnamus. Quartam. Semipelagianam admittentem, &c. fallam & hæreticam declaramus, & vi talem, damnamus. Quintam semipelagianum est dicere, &c. impiam, blasphemam, contumeliosam diuine pietatis derogantem, & hæreticam declaramus, & vi talem damnamus. Mandamus igitur omnibus Christi fide libus vniuersæ sexus ne de dictis propositionibus sentire, docere, prædicare aliter præsumant, quam in hac præsentî declaratione, & definitione continetur sub censuris, & penis contra hæreticos, & eorum fauores in iure expressis. Præcipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum ordinariis, necnon hæreticæ prauitatis inquisitoribus, vt contradiutores, & rebelles quouisque per censuras, & penas prædictas, cæteraque iuris, & facti remedia opportuna, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis, omnino coercant, & compellant. Non intendentes tamen per hanc declarationem, & definitionem super prædictis quinque propositionibus factam approbare vlla tenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelij Iansenij. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem anno incarnationis. Dominicæ, Millesæ, sexcentellæ, quinquages. tertio, pridie Kalendis Iunii Pontificatus nostri anno nono.

catu noliti anno nonno.

4. Cum autem hac definitione, & damnatione tacti variis cum artibus & explicationibus eludere post Gregorij obitum Ianfenitæ tentarent: ipsius successore Sanctiss. Dom. nostro Alexander VII. iam sequenti bulla, & definitione stabilitur. [Alexander Episcopus servus servorum Dei vniuersis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad sanctam B. Petri sedem, & vniuersalis Ecclesiæ regimen, inscrutabili diuine providentiæ dispositione, nullis nostris suffraganeis meritis, cuncti, nihil nobis antiquius ex muneri nostri debito esse duximus, quam, vt sanctæ fidei nostræ, ac sacrorum dogmatum integritati tradita nobis à Deo potestate oportune consuleremus. Ac licet ea, quæ Apostolicis constitutionibus abunde fuerant definita, nouæ de cisionis, siue declarationis occasione nequaquam indigerent: quia tamen aliqui publicæ vtilitatis perturbatores illa in dubium reuocare, vel subdolis interpretationibus labefactare non vererentur: ne morbus iste latius diuagetur, promptum, Apostolicæ auctoritatis remedium censuimus non esse differendum. Emanauit siquidem à felic. recordat. Innocentio Papa 10. prædecessore nostro constitutio, declaratio, & definitio tenoris, qui sequitur. [Quia Innocentij definitione ad verbum, vt supra posita pergit Alex. [Cum autem nonnulli iniquitatis filij prædictas quinque propositiones, vel in libro prædicto eiusdem Concilij Ianfenij non reperiri, sed fidet, & pro arbitrio compositas fuisse, vel non in sensu ab eodem intento damnatas fuisse asserere, magno cum Christi fidelium scandalo, non reformident. Nos, qui omnia, quæ hac in re gesta sunt, sufficienter, & attente pereximus (vt potest, qui eiusdem Innocentij prædecessoris nostri iussu, dum adhuc in minoribus constituti, Cardinalis munere fungemur, omnibus illis congressibus interfuimus, in quibus Apostolica auctoritate eadem causa discussa est, ac perfectò diligentia, quia maior desiderari non posset) quamcumque dubitationem super præmissis in posterum aufere volentes & vt omnes Christi fideles in eiusdem fidei vnitatē sese continant: ex debito pastoralis officij matura deliberatione præsertim Innocentij prædecessoris nostri constitutionem, declarationem, & definitionem harum sentē confirmamus, approbamus & innouamus: & quinque illas propositiones ex libro præmemorati Cornelij Ianfenij Episcopi Ipresis, qui titulus est, Augustinus, excerptas, ac in eam ab eodem intento damnatas

fuisse declaramus, ac definimus; ac yti tales, inusta scilicet eadem singulis nota, quæ in prædicta declaratione, ac definitione vnicuique illarum, singulatim innotuit, iterum damnamus. Ac eundem librum sæpe dicti Cornelij Ianſenij, cui titulus, Augustinus, omneque alios tam manuſcriptos, quam typi mandatos, & ſi ſors in poſtuleret, etſi conſigerit, in quibus prædicta eiſdem Cornelij Ianſenij doctrina veſuprà damanda, defenditur, vel adſtruitur, aut defendetur, ac adſtruitur, damnamus itidem, æque prohibemus. Mandantes omnibus Chriſti fidelibus ne prædictam doctrinam teneant, prædicent, doceant verbo, vel in ſcriptis exponant, vel interpretentur, publice, vel priuim, palam, vel occulte imprimant, palæ penſis, & cenſuris contra hæreticos in iure expreſſis ipſo facto, abſque alia declaratione incurrendis. Præcipimus quoque omnibus venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiſcopis, Episcopis, cæterisque locorum ordinatis, ac hæretice prauitatis inquiſitoribus, ac iudicibus Eccleſiaſticis, ad quos pertinet, ve præſentem eiſdem Innocentij prædeceſſoris noſtri conſtitutionem declarationem, ac definitionem iuxta præſentem noſtram determinationem ab omnibus obſeruati faciant: ac inobedientes, & rebelles prædictis penſis, aliisque iuris & facti remedii, inuocato etiam (ſi opus fuerit) brachij ſacralis auxilio, omnino coercerent. Datum Romæ apud S Mariam Maiorem ann. incarnat. Dominicæ Milſe. Sexcentiſ. quinquageſ. ſexto, decimo ſeptimo Calend. Nouemb. Pontificatus noſtri anno ſecundo. I. Cardinal. Prodarar. Gualterius vſſi de curia P. Giampinus. Quo anno die 7. Nouemb. plumbeo ſigillo aſſixas hæſ litteras ad Valuas Bæſilicæ ſancti Principis Apoſtolorum de Bæſ Cancellariæ Apoſtolice, & alijis vſſ conſueſtis locis per Petrum Paulum de Graſſis ſidus, & ipſe, & pro Magiſtro curſorum Iacobus Cornelius curſor facit.

cursum Iacobus Cornelius cursum trahit.

3. Hæ vero omnes definitiones, & singule Thomisticæ aequæ, atque Lutheranæ, & Calvinianæ præfinitiones damnare videntur. Dixi omnes, & singulas. Nam prima propositionem primam Cornelij Ianſenij condemnant, videlicet, [Aliaque Dei præcepta hominibus iustis volentibus, & conantibus secundum præcepta, quæ habent, vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, quæ possibilia fiant.] Quam concorditer vtrique prætorum Pontificum præmissa definitionis fugillat. *Tremariam, impiam, blasphemam; anathemate damnant; & hæreticam declarant; & virentalem damnant.* Idcirco anathematizata declarat; & hæretica, &c. æque vtrius talis damnatur: quia negat auxilium sufficiens gratiæ, quæ absolute aliqua Dei præcepta implere possumus, & absolute potentes ad illa constituamur: quia negat auxilia gratiæ sufficientia ad non peccandum, seu præcepta Dei implenda. Id quod in Lutheranis, & Calvinisticis damnationem erat anathemate in Tridentino (cell. 6. can. 22. quem recitamus cert. 4. num. 3. cum autem eo numero ex præfinitione omni essentialiter prærequisa ad operandum, quæ independent ab ipsa libertatis notitiæ appendenda gratiam sufficientem abolere ostendimus: ostenditur plenus finis à ratione quest. 6. iure, non solum eius definitionibus Pontificum esse propositis, vtræ hæretica damnatur, ac etiam damnata declarat, sed & præfinitiones Thomisticæ, quibus connexa fuisse propositio est, definitionibus eis mediare oppositis relegatur. Eadem ratione secunde propositionis Convidetur. Idem damnationibus, tangi mediare præfinitiones videntur: quia ea propositio auxilia gratiæ sufficientia relegabat, solis efficacibus admittis. Erit quippe, [Interior gratia in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.] Ea proinde, cui resistitur, nullam esse gratiam Dei: sufficientem autem, ac non efficax gratia ea est, cui resistitur. De ea vero propositione verque Pontifices, *idcirco, Hæreticam declarant.* Nec minus contra Præfinitiones omnes faciunt damnationes similis præfatis duabus doctrine propositioni Cornelij Ianſenij præter ab ipso quæ Pontifice adiunctæ, eam enim erat: *Semipelagianum esse dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem suffulſe.* Ideo enim id dicebat Ianſenius, quia pro eis solum mortuum Christum putabat, quibus auxilia efficacia ad salutis consecutionem meritis, mortuæque ipsa obtemperat: quia negabat reliquis eis gratia

gratia Dei per Christum auxilia sufficientia, de ea verò Pontifices ambo aiunt: *Impium, blasphemam, contumeliosam, diuinæ pietati derogantem, & hæreticam declaramus, & vti salem damnamus*. Declarat autem hæreticam, nec solum hæreticis damnat, quia antea damnata etiam in Lutheranis, & Calvinistis (sicut memorata alia) à Tridentino fuerant Canone 17. quem recitauimus, & perpendimus citato art. 4. n. 4.

6. Sed tertia, & quarta propositionum Cornelij Iansenij damnationes Pontificæ præmissæ vrgentius adhuc, & immediatius præfinitiones etiam Thomisticas exterminant. Tertia propositio fuit: *Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione*. De qua ita Pontifices ambo censent: *Hæreticam declaramus, & vti salem damnamus*. Declaratur verò hæretica: quia iam damnata erat etiam à Tridentino sess. 6. cap. 5. & Can. 4. recitatis certam. 1. num. 1. quæ de libertate nostra, & potestate ad non consentiendum, seu dissentiendum posito auxilio gratiæ, cui consentimus, seu (quod idem est) efficaci, statuitur: ei siquidem potestati ad vtrumvis, necessitas potentia ad consensum determinans, & non indifferens ad vtrumvis omnino contradicere, vt non semel arguimus, & ex infinito quæst. 6. ostendimus: Sed certe præfinitiones præsentis rem nobis hanc citra discursus nostri laborem dederunt: scilicet ad meritum, ac demerendum: quia libertas, seu potentia ad vtrumvis requiritur, non sufficere libertatem à coactione, verum etiam à necessitate requiri in voluntate libertatem: ergo definitur stante libertate à coactione in voluntate nostra ad operandum, dummodo necessitas ad operandum alia in voluntate sit, à qua voluntas non sit libera, non esse absolutam libertatem, necessariam vtiq; ad merendum, & demerendum. Pater: quia quacumque necessitate alia ad operandum, posita, non erit absolute libertas à necessitate, quam requirit Concilium definit: ac proinde, si libertas absoluta ad operandum necessaria, ad merendum cum ea necessitate adesse admittatur, condemnata propositio expressè admittetur. Eligant ergo aduersarij, an præfinitiones suæ prædeterminatiuæ necessitatem aliquam ad operandum inducant necne? si non inducant, eis adhuc positis, nulla erit necessitas operandi, siue, vt voluntas operetur: quare neque præfinitiones prædeterminatiuæ naturæ, & essentia sua connexæ cum operatione voluntatis erunt: quod solum contendimus, siquæ doctrinæ contradicere. Si autem dicant, suis præfinitionibus prædeterminatiuæ necessitatem aliquam ad operandum, siue, vt voluntas operetur asseri, libertatem absolutam necessariam ad merendum, ac demerendum eis præfinitionibus eueri fieri coguntur, vel definitionibus huius Pontificis contradicere: quod de Catholicis doctis, priusque Patribus, non absque magna temeritate, vel leuiter suspicari nefas erit.

7. Neque vti dici potest præter libertatem à necessitate coactiuam alias plures necessitates esse: ab vna autem earum, quæ non sit necessitas præfinitionum suarum, si debeat ab ipsa libertas: satis erit, vt ad meritum, ac demerendum detur libertas non solum à coactione, sed à necessitate. Cæterum, etsi alia plures necessitates ad operandum à necessitate coactionis diuersæ assignari, atque intelligi, & explicari possent: si, vel ab vna illarum, quædammodum etsi aliqui à necessitate morali seruiuntur, vel reliquis, qui dominium in ipsum non habent, vel vni soli domino, si tamen moralem necessitatem seruiuntur morali seruiendi absolute non habet: & quia veltigalibus aliis, non autem ab omnibus libertatem habet. Et ratio est: quia immunitas, & libertas, etsi vocationis sunt, tamen negatiuum significant: scilicet negationem seruitutis, & subiectionis: ac proinde continent, & adeo omnes sub eo termino contentas (seruitutis, subiectionis, & necessitates negant; cum ergo libertas dicta, omnem necessitatem ad operandum, siue, vt voluntas operetur (vtpote communis his omnibus) sub se contineat, & contineat, dum libertas absolute à neces-

sitate ad operandum, siue, vt voluntas operetur, eis Pontificis decretis, & definitionibus necessaria ad meritum ac demerendum requiritur: non quidem libertas ab vna, vel alia, vel pluribus solum necessitatibus, etiam non coactiuis, voluntatis ad operandum, siue, vt voluntas operetur, requisita definitur, verum etiam libertas ab eiusmodi necessitatibus omnibus.

8. Secundo: seclusa necessitate consequenti determinationem liberam voluntatis, quamque ipsa voluntas determinatio, seu operatio à potestate ipsius indifferenti (vt Anselmus, & Patres supra recitati quæst. 3. cens. 4. aiebant) proueniens facit, & quæ, cum libertate requisita ad meritum, ac demerendum amice componitur: & seclusa etiam necessitate coactionis, cuius immunitatem etiam Cornelius Iansenius ad libertatem merito, ac demerito necessariam cum omnibus etiam Thomistis, & hæreticis fatetur: nulla necessitas pro priori naturæ ad operationem voluntatis, neque ab eius libero exercitio esse potest, quæ in necessitando voluntatem ad operandum, & non relinquendo potestatem illius indifferenter ad vtrumvis ab alia excogitabili necessitate differt: quia hoc totum, cuiusque specialis necessitatis antecedenti pro priori naturæ voluntatis operationem, cum qua conuenitur, atque ab eius libero exercitio independenti, ex prædicato communi necessitatis antecedenti natura operationem voluntatis, ab huiusque exercitio libero independentis conuenit: quare, sicut nulli eius generis speciali necessitati deesse magis potest, quam suis speciebus: ita nulla specialis eius generis necessitas excogitari potest, quæ magis, minuse, quam alia, libertati voluntatis officiat. Scio à Thomistis relatis à nostro Soar. 1. de auxil. cap. 10. num. 6. & à Ioanne à Bononia de prædest. pag. 514. ea distinctione duplicis potentia, & duplicis necessitatis vfos esse, & illa quidem vtrutrum in hoc, & similibus difficultatibus. Cabrerain 3. part. tit. 2. quæst. 116. à num. 302. Ioann. Gonzal. par. d. 58. sect. 2. Ioann. à S. Thom. tract. de volunt. d. 5. art. 6. num. 13. scilicet necessitatis, & potentia absolute, & necessitatis, & potentia infallibilitatis. Et necessitatem absolutam ad vnam extremum pugnat cum potentia absoluta ad eius oppositum siue priuatiue, siue negatiue, ac proinde cum libertate ad vtrumque, quare & cum merito operationis, ad quam ita necessitata voluntas est: similiterque necessitatem infallibilitatis cum potentia infallibilitatis; ceterum necessitatem infallibilitatis stare posse cum potentia absoluta ad oppositum: quia, licet absoluta, potentia physica ad oppositum ponendum sit; aut infallibiliter nunquam illud est appositura: quod solum dicit necessitas infallibilitatis apponendi actum.

6. Definitiones igitur, aiunt, Pontificum de necessaria ad meritum, ac demerendum libertate nostrorum operum à necessitate, de libertate, à necessitate absoluta loquuntur, quæ potentia physice actiue arbitrij ad negationem operis est: hæc quippe potentia absolute, physice actiue ad oppositum (qua essentialiter stat libertas arbitrij, & operationis nostræ) contradicere: hanc verò necessitatem ad operandum voluntati à Thomisticis præfinitionibus prædeterminatiuis nullatenus inferri aiunt: sed solum necessitatem infallibilitatis: quæ absolute eius potentia physice actiue ad oppositum, quare neque eius, & operationis prædeterminatiuæ præfinitæ libertati repugnat. Hanc solutionem huc ex parte impugnandam remisit q. 4. certam. 2. num. 13. Et, licet sicut impugnanda sit à ratione quæst. 6. eam tamen breuius impugno. Primo: quia Ethnicorum fatalium solutio fuit apud Iulium Sirenium 3. de fato cap. 22. de eis aientem. *Dicebant enim, licet voluntas aliter re vera operatur non sit, tamen potest absolute operari*. Secundo: quia, si necessitas hæc infallibilitatis, vt operetur voluntas in prædictis intrinsicis præfinitionis prædeterminatiuæ est, nec sumitur à futuritione ipsa operationis, quatenus est necessitas, qua necesse est fore, seu futurum esse quiddam semel futurum est (quæ quidem solum est consequens necessitas, & infallibilitas) nequit non necessitas infallibilitatis, vt operetur voluntas, tota præfinitioni prædeterminatiuæ intrinsicæ, ex eaque desumptæ totaliter, & adæquate necessitati absolute, physiceque vt voluntas operetur, præfinitione inductæ tandem inniti. Etenim necessitas infallibilitatis formaliter sumpta cognitionis obiecti propria est,

est, fupponitque necessitatem obiectivam; quare, si est
necessitas infallibilis futurationis vnius ex alio tota
tota in hoc alio fundata, necessitas ea illationis obiecti-
væ futuri ex illo alio, nempe præfinitione prædetermina-
tæ, nequit esse sine essentiali connexionе physica, &
metaphysica huiusce præfinitionis cum futuro; in qua
stat physica, & metaphysica, & quæ absoluta necessitas;
ea quippe connexionе sublatā non erit ex præfinitione
infallibiliter obiectivæ, & subinde neque formaliter opo-
ris futuri; atqui ab ea necessitate liberam esse opo-
rere voluntatem, & meritorie operetur, definitum esse
ea solutione admittitur; ergo contra præfinitiones præ-
determinativas immedie, & directe militat præfinitio.
Mitto in citatum locum reliqua.

Mitto in citatur locum reliqua.

10. Denique ex damnatione quartæ Cornelij Iansenij propositionis arguitur. *Sempliciter* admittent præsumptus gratia interiori necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei & in hoc erant hæretici ; quod nullatenus eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere , vult obtemperare . Cui propositioni hanc Pontificis damnatione iunxerunt : falsam, & hæreticam declaramus, & vti talem damnamus. Fallacitem illius, quoad historice eius propositionis meritissime declarantes, vt constat ex quest. i. c. 6. & 7. hæresim vendit, quoad eius doctrinale : quod scilicet gratiam, cui voluntas posset resistere admitteres (vt falso de illis Cornelius Iansenius ibi recitat) essent hæretici : quare, cum eam, quoad hoc, hæreticam declarant Pontifices, & denovo, vti talen condemnant, deficiunt eius oppositam; scilicet intentioni gratie Dei necessaria ad quovis opus, etiam fidei initium, resisti posse, definitam iam esse (scilicet locis Tridentini recitari cert. i. ex l. 6. cap. 3. & Canon. 4. & cert. 2. perpenis) ac denovo definiti. Alioquin, id negare, vel hæreticum dicere hæresis non foret, neque posset hæresis dampnari. Neque enim hæresis propositionem aliquam probabilem, aut etiam veram, & lumine solum naturæ certam notariam, hæresis est; etsi fit stupidum improbabile, ac temerarium; sed solum notam eam propositioni definite & que de fide proinde fit innure; ergo ex iis definitionibus constat de fide esse auxilium efficax, & voluntatem Dei prædestinatum, quam, vt efficax supponit salutem, eius esse naturam, vt ei resisteret posset humana voluntas; atqui, si prædeterminationis præfinitio, quam auxilium efficax, vt efficax includit, vel salutem essentia sua supponit, iuxta varias aduersariorum opiniones, vel prædeterminationis ipsa de se, natura sua, arque ab intrinseco, connexa cum opere nostro præfinitio prædeterminationis supponatur ex parte principij requisiti essentialiter ad operandum, non potest absolute nostra voluntas resistere illi: ergo nequit à Thomistis eiusmodi præfinitio prædeterminationis defendi, quin definitio hinc Concilij aduerteretur, & damnationi hæresis subiaceat. Minor videtur firma. Nam resistentiæ præfinitioni prædeterminationis, quamdiu est, si ita de se efficax est, & physice, ac metaphysice connexa cum operatione præfinita nequit fieri, nisi per operationis præfinitæ, & ad quam vocatur, omissionem: id autem fieri omnino nequit, quamdiu vocatio, & præfinitio de se efficax est, seu pro tempore, pro quo præfinita est. Alioquin posset præfinitio prædeterminationis sine operatione, cui essentia & entitate sua præfinitio connectitur: quare & posset iam præfinitio prædeterminationis sine se ipsa esse: unde potentia ad resistendum præfinitioni, est potentia, vt præfinitio sine se ipsa sit, quæ est implicatio- nis potentia vt quest. 6. virginibus contra distinctionem sensus compositi, & diuisi iam frequentioris aduersariis: quod autem pro instanti, pro quo non est operatio prædeterminationis præfinita, possimus illam omittere (qui est primus Thomisticus eius distinctionis sensus) satis non est ad potentiam resistendi, & non obtemperandi: quia resistentiæ non fit, si uere potest suasioni, & voluntati Dei, nisi pro instanti, pro quo est, & pro quo suadet, & impellit: & non obtemperatio, nisi pro tempore, pro quo Deus vult, & suadet, ac proinde, pro quo potest esse obtemperatio, fieri nequit. Reliquorum distinctio- num, & solutionum ex hac apud aduersarios oratorum impugnaciones omitto: quia, & supra nonnullas dedi- mus, & reliquis impugnacionis questione 6. à ratione dabimus.

11. Sed in primis: quia ex omnes distinctiones, & aduerfariarum effugia multo ante editas haece Cornelij Ianfenij propofitiones cunctis erant nota; ab eoque iudicem fenfibus, & distinctionibus (quas omnes Caluiculus etiam quibus in eis praefcriptionibus adhaefit, ex Caluino ipfo pro libris erroribus fuadendis, ac rutandis adhibuerunt, vt vidimus certam. 2.) propofitiones illae futuerunt afferae: ac infuper cum de eis Romae apud Congregationem Innocentij 10. iulij, atque apud Innocentium ipfum faepe difputatum efl, vt ad earum propofitionum cenfuram deuenirent, & Ianfenij, & Dominicani Patribus nunciis (vt aiunt) copiis eadem folutiones, diftinctiones, & fenfus earum propofitionum faepe, atque infanter repropofitae funt, ac repetitae vt earum damnationes Pontificiae auerterentur; & tamen eis omnibus auditis, per otiumque macuriffima deliberatione examinatis, atque perpenfis, euifmodi propofitiones Cornelij Ianfenij damnatae funt ab Innocentio 10. primum; atque ex ante adhs in Tridentino haeretice declaratae: ac poftmodum ab eius fuccelfore Dom. noftro Alexandro Vii. qui (vixiffe fuo decreto recitato teftatur) eis omnibus Congregationibus, & difputationibus interfuit: ergo, quia nullo ex eis fenfu diftinctione, aut doctrina euicendi ab vtroque Pontifice ac Cathedra, & Spiritus Sancti affiftentia deuenit iudicatum efl: etenim, fi fenfu aliquo praecipuerit adeo notis iam diu, & tunc faepe, & infanter propofitis, ac repetitis abfolute verae, & Catholice ille propofitiones efflent, effeue poffent, nec cordate a Pontificibus abfolute, ac fine vlla fenfu diftinctione damnarentur; nec Spiritus Sanctus eis definitionibus affiftens, ac definitionibus fuggentes, damnari abfolute permitteret: quocirca in dubium faltem verri poffe alicui videatur: ac pethus Innocentij 10. & Alexandri VII. de definitionis Doctores fententiae noftre de fcientia media, atque auxiliorum efficaciac, licet iam difputationes de efficaciac auxiliorum diuinae graeiae contra interfecam Thomiftarum efficaciam Typis etiam mandatis libris & difputationibus agere. Cum enim id vtriuſque opinionis doctores, quoque aliter de hac re a Sede Apostolica ftatuerent, folommodo prohibuitur fir, atque his Pontificis definitionibus praefato examine, & difputationibus praemiffis de praefcriptionibus Thomiftis praedeterminatis, ac praedeterminacionibus phyſicis, fidei auxiliis de effe efficaciac actum videatur, fors alicui, non omnino abſe prohibitionem illam pro noſtra fententiae Doctores ceſſaffe videbitur.

QVÆSTIO IV.

An per Academias, & Sanctam Inquisitionem liceat praefinitionis Thomisticae ad absolutam futuritionem contingentis necessitas.

Hanc etiam questionem seorsum inditu-
re aduersariarum querula (constantium
modestitae causa dicamus) renascis fecit,
qui cum Theologiarum, & naturalium
rationationum iudicio, scriptura, Patrum, Con-
ciliorum, & Pontificum momentis impare iurum pre-
determinarum preiudicationem sententiam notan-
dem recognoferent, scholasticos Doctores appellan-
tentes noster Ludouicum Molinam (qui primus
ceteris aerius, durissime bellum eiusmodi preiudicationi
predeterminarum ac predeterminarum recens
ex cogitare à Magistro Banez ad abolendum contingens
& fucationem necessitari bellum, & victoria demum,
et triumpho finendum, indixit) exoritur aliquid, & vique
tra Philosophorum & Theologorum stram eo vique
sententiam paradoxum in scholas inuexile. Id igitur his
ex certis Academicarum citationibus, ac retractationibus
examinat